

Lit. Y.  
est. I.  
n<sup>o</sup> 12.

5

• Let. N. Et. 3. n.º 14. 3.

28/10/87

# FLOSCVLVS

## SACRAMENTORVM

Petro Ferd. de Villegas Archidia-  
cono Burgenſi Authore.

¶ In eorum gratiam qui Sacris initiari student;  
ab innumeris, quibus hactenus ſcatebat,  
mendis, diligenti cura repurgatus.



### CONIMBRICÆ,

¶ Ex mandato illustrissimi D. D. Alphonsi de Ca-  
stelbranco eiusdem ciuitatis Episcopi,  
Arganilli Comitis & cat.

¶ Apud Antonium à Mariz, Architypographum,  
Anno Domini. 1589,

V I por mandado de Sua A. Este liuro, & não  
lhe achei cousa contra a Fee & bons custo-  
mes, antes fará muyto fructo, & he digno da  
Impressam.

*Frey Bartholomeu Ferreyra.*

V Ista a informação pode se im-  
primir este liuro. Em Lisboa a  
dous de Mayo de 1589.

*Jorge Sarrão.*

*Antonio de Mendonça.*

*Diogo de Sousa.*



Petrus Ferd. de Villegas

Sanctæ Ecclesiæ Burgensis Archi-

diaconus, dilectis suis in Christo Fratribus,

Præbiteris, & alijs Clericis sui

Burgensî Archidiaconatus,

Salutem, & sinceram

in Dño charita-

tem.



ÆPE mecum ipse cogita-  
ui, fratres mei dilectissimi,  
quid ego vobis potissimum  
offerrem, quod mei ad vos  
amoris esset memoriale, &  
nostræ necessitudinis testa-  
retur officium. Est enim tan-  
ta inter nos necessitudo, vt

quamcunque aliam carnis, vel sanguinis, vel  
amoris merito superare credatur: testate Diuuo  
Hieronymo, qui ad Episcopos amicos scri-  
bens. Iungat, inquit, Epistola quod iungit Sa-  
cerdotium: immo charta non diuidat quos  
Christi nectit amor. Consueuerunt enim qui  
se mutuo diligunt, nonnullis inter se oblati-  
muneribus, dilectionem ipsam testari. Nequit  
enim amor diu ociosus manere: Vnde alibi scri-  
bitur: Probatio dilectionis exhibitio est operis.  
Et quia ij quos caro & sanguis coniunxit, offi-  
cia

## EPIST. DEDICATIO.

aia sua carnalibus inuicem testantur muneribus; nos qui spiritu Dei, & Ecclesiastica dilectione conjuncti sumus, spiritualibus par erit consolationibus munerari. Nec quicquam aliud vobis iucundius offerri posse existimo, vt palam vincta voce in Visitationibus quas annuatim conferimus, sæpe testati estis, quàm breue aliquod compendiolum, quod magis quotidiana & necessaria ex rebus Sacramentorum, tanquam Flosculos decerptos contineret. Scripserunt autem de re ipsa plures sapientes viri, & doctè quidem atq; vberrimè. Nouissimè autem Antoninus Florentinus Antistes, quidem sanctissimus, qui doctina & sanctitate secula nostra ornauit. Guido præterea de monte Rocherij, qui Manipulum edidit Curatorum, Cleuens Santij de Vercial, Hispanus, Archidiaconus de Valderas in Ecclesia Legionensi, qui Sacramentalem librum Hispanica lingua composuit. Alter item, qui Manuale breuius compilasse satis vtiliter fertur. Nicolaus de Ploue Decretorum doctor, qui Tractatum sacerdotalem, de Sacramentis, & diuinis officijs edidit. Sed dum homines pro sapientia sua omnia complecti conantur, minus ex eis nostræ memoriæ constat retineri. Quoniam pro ignauia & socordia, quibus tempora nostra corrupta sunt, dum plura nobis spiritualia proponuntur, minus recipi contingit. Cogitavi itaq; pauca,

## EPIST. DEDICATO.

ea quidem pernecessaria, & quæ quotidie in ore & manu versantur, vobis decerpere, quo magis illa pro sua breuitate amplectamini: quia iuxta Diuum Gregorium: Cibaria quæ minus sufficiunt, auidias, sumuntur. Et quia flosculunt (vt prædixi) ex rebus

Sacramentorū. Flosculus Sacra

mētorum libellus hic no

minetur, nisi vos aliter

consecatis. Valet,

& mei memores

in diuinis reb<sup>9</sup>

semper

estote.

(???)



# In laudem Libelli.

**A**spice presentis, ó Clerici, dicta Libelli,  
Nomen Pastoris quisquis habere velis.  
Terrenis nunquam, vel paucúm, rebus adhære.  
Hunc mundum spernens cœlica sola pete,  
O quanta mentis acie perpendere debet,  
Is qui Pastoris fungitur officio.  
Ne pro diuitijs Curam sibi vendicet ipse,  
Sed neque pro populo dogmate subueniat;  
Crede, tuo dabitur merces condigna labori,  
Apté si proprium rexeris ipse gregem,  
Illicitus si cœcet amor te diuitiarum,  
Lethæas ditis ingrediere domos.  
Labitur ex vero si quis tuus agnus ouili:  
Ad Christi caulam dulcius hunc reuoca.  
Verus Pastor oves ad summum ducat ouile.  
Terrenos cùm artus spiritus exuerit.



ANDRÆ GOMESII  
Præsbyteri, ad studiosum  
Lectorem.

HEXASTICHON.

*S*Acra redemptoris cupiens monumēta supre mi,  
Discere, corne libens, pagina nostra dabit.  
*Q*ue quamuis doctus pulchrē congesserat olim  
Villegas, multo candidiora leges.  
*P*urgatur mendis liber hic non antē reiectis,  
Quo retines vna plurima sparsa libris.  
*H*inc procul ad tetrū mordax Pblegetōta recede,  
Ne ferrugineo ledere dente queas.  
*F*loribus innumeris ornatur, Lector, amœnis  
Flosculus, vnde tibi candida ferta capis.  
*M*unere pro tanto grates reddendo Tonanti,  
Hūc (age) solerter lumina verte tua.

A NARRATIVE OF THE

PROCEEDINGS OF THE

LEGATION

AT WASHINGTON

The following is a list of the names of the persons who were present at the meeting of the Legation at Washington on the 1st of January 1846. The names are arranged in alphabetical order. The names of the persons who were present at the meeting of the Legation at Washington on the 1st of January 1846 are as follows: [The following text is extremely faint and largely illegible due to bleed-through from the reverse side of the page. It appears to be a list of names.]

141.

## ¶ Flosculus Sacramentorum.



Remittamus igitur, quod Sacerdotes populi Christiani Doctores sūt, & Præceptores, dicente Dño: Vos estis sal terræ; Idcirco in eis ignorãtia turpissima est, & peccatũ mortale, si ignorãt facere officium suum. Quoniam ars artium est regimen animarum. Qua propter talis ignorãtia ab his summo conatu fugienda est, quia vt textus in cap. Ignorantia, xxxviii, distincti. Ignorãtia (inquit) mater cunctorũ errorũ, maximẽ Sacerdotibus Dei euitanda est; qui docẽdi officium in populo Dei susceperũt. Idẽ in cap. fit rector xliij distinct. & in multis locis.

¶ De Sacerdotum autem ignorantia, quam sit periculosa, & damnabilis, possent dici plura, quæ tamen non pertinent ad breuitatem quam intendimus.

¶ Igitur cum sint Doctores Catholicæ Fidei, scire debent primo, quod fundamentum Christianæ religionis est Fides, dicente Apostolo ad Hebræ. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Est enim Fides inter virtutes, sicut mater inter filias, vel, sicut truncus inter frondes. Idcirco doli capax ad Baptismum accedens, primõ docendus est de Fide, & catechi

## FLOSCVLVS

zandus, id est, intruendus de Articulis Fidei. & sciat Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, Symbolum saltem Apostolorum id est, Credo in Deum. Christianus autem a Christo dicitur, & significat discipulum mansuetum: quia agnus Christi nomen Antiochiæ repertum fuit.

¶ Quid est Fides.

Fides autē, secundū Augustinum, est credere quod nō vides. Hæc definitio est nimis lata: ideo meli⁹ per Apostolum: Fides est substantia rerū sperandarū, argumentū nō apparentium.

¶ Quotuplex est Fides.

Fides autem multipliciter dicitur. Vno modo. Fides est Baptismus: & Fides Matrimonij, Item Fides, est promissum partium. Item de his quæ nō videmus, est, Fides. Item Fides est æquitas. Vnde dicitur, contractus bonæ fidei. Sed in nostro proposito. Fides dicitur quod continetur in Articulis Fidei. Articulus autem, paruum membrum, seu parua particula est: quia ex his partibus constituitur Fides.

¶ Quod Fides continetur in Symbolis.

Continentur autem Fides, & Articuli Fidei, in Symbolis. Quæ quidem Symbola sunt tria, Primum, Apostolorum: secundum, Nicenum: tertium, Athanasij, Primum continet Articulos implicite, secundum explicitē, tertium autem magis explicitē & aperte: vt

scire



# SACRAMENTORVM

scire tenentur Clerici, & docere cum opus est.

¶ Articuli Fidei.

**S**unt autem Articuli Fidei quatuordecim. Septem pertinent ad diuinitatem, & septem ad humanitatem Christi, de quo sunt versiculi.

Articulos septem deitatis credere debes.

Articulus primus docet, quod sit Deus vnus.

In patremq; sequens dicit quod credere debes

Tertius in natum te cogit credere Christum.

Quart<sup>o</sup> & in factū te cogit credere pneuma.

Credimus in quinto deitatem cuncta creasse.

Sextus, ait, crede, Domin<sup>o</sup> peccata remittet.

Omnes surgemus, septenus dicit aperte.

Versiculi autem de septem pertinennibus ad humanitatem Christi sunt.

Conceptus, natus, passus, descēdit ad ima.

Surgit, & ascendit, veniet discernere cūcta.

¶ Et hæc de Fide, & Articulis eius breuiter dicta sufficiant. Qui autem de his Articulis plenus vult instrui: legat Manipulum Curatorum in tertia parte principali, ad principium, ibi latē ponit de his, & quomodo, & cōtra quos fuerunt declarati in Symbolis Niceno & Athanasij. Ponit etiam Sacramētale. ad quos remitto, quia hic nō possent breuiter dici, cum maxime breuitati studeamus.

¶ De Sacramentis in genere.

A ij

Sacra

## FLOSCVLVS



Sacramentū, est sacræ rei signū  
 Vel secundū Dīnū Augustinū,  
 inuisibilis gratiæ visibilis for  
 ma. Sunt autē sacramēta septē  
 quia septiformis est gratia dei.  
 Vtilitates autem Sacramento  
 rum sunt hæ. Nam baptismus lauat, Confirma  
 tio corroborat, Eucharistia incorporat, pœni  
 tentia purgat, & iustificat, Vnctio disponit, Or  
 do docet & illuminat, Matrimonium defendit.  
 Et in omnibus his confertur gratia. De numero  
 autem Sacramentorum, sunt versiculi.  
 Abluo, firmo, cibo piget, vngit, & ordinat, vxor  
 quia Ioannes vidit librū signatum sigillis septē.  
 ¶ Requiritur autem tria in quolibet Sacramē  
 to, scilicet, Materia forma, & intētio. Et si ho  
 rum aliquod deficeret, non esset Sacramentum.  
 ¶ Duo Sacramenta fuerunt instituta ante ad  
 ventum Christi, scilicet, Matrimonium, &  
 Pœnitentia. Sed tunc neq; erant Sacramēta,  
 neque conferebant gratiam. Per ipsum autem  
 Christum fuerunt confirmata, seu promulga  
 ta, & alia Sacramenta instituta. Solet quæri,  
 per quos actus instituit quolibet Sacramen  
 torum? Dicendum, quòd Pœnitentiam insti  
 tuit, cū circuibat per castella, dicens: Pœni  
 tentiam agite: Matrimonium, cū interfuit  
 nuptijs in Cana Galilææ. Alia Sacramenta,  
 scilicet, Bautismum, cū baptizatus est à Ioan

# SACRAMENTORVM

ne, vel cū dixit discipulis: Baptizate omnes gentes, &c. Confirmationem, cū dixit, Sinite paruulos venire ad me: & ponebat manū super eos. *Vnctionē*, cū misit discipulos visitare infirmos, quos ungerent oleo, dicētes: In nomine patris, &c. Ordinem, cū dixit discipulis de Sacramento corporis & sanguinis sui: Hoc facite in meā cōmemorationē, & cū dedit eis potestatem ligandi atq; soluendi, dicens, Quorū remiseritis peccata, &c. Eucharistiam, in cœna, cū consecrauit corpus & sanguinem suum.

¶ Duo Sacramenta sunt voluntaria, scilicet, Ordo, & Matrimonium. Alia verò necessaria, quæ nullo modo possunt dimitti, sine peccato mortali, saltem si ex contemptu dimittuntur.

¶ Ex istis autem Sacramentis, quatuor possunt iterari, & tria non. Versus de hoc.

Ordo, fons, chrisma, nō, cætera sunt iteranda, Quare illa possunt iterari, & ista nō? Ratio est quia in illis tribus imprimitur character, & quia imprimitur in anima, semper manet. Est enim quid indelebile. Alia in quibus character non imprimitur, iterantur. Quare autem in illis imprimitur character, & in istis non. Ratio est, quia in illis est virtus simultanea, & in vno actu perfectè acquiritur. Faciunt enim Sacramenta diuersas operationes in vita spirituali, ad similitudinem vitæ corporalis. Non enim homo generatur nisi semel: nec baptizatur, quia



## FLOSCVLVS

est generatio spiritualis: & semel peruenit ad annos decretionis vel roboris, & ita semel ordinatur, vel confirmatur, &c. Per contrarium autem, sæpe indiget cibo, & sæpe purgatione: quod faciūt in vita spirituali, Eucharistia & Pœnitentia, & sic de alijs.

¶ Est autem Character vocabulum Græcū Latine dicitur signum. Et est Character spirituale signum Fidei animæ impressum, distinguens à nō taliter consignatis, secundum statum Fidei.

¶ Consistit autem virtus & efficacia sacramentorum in duobus: scilicet, in auferendo culpam, & conferendo gratiam.

¶ Correspondent etiam septem sacramenta, septem Virtutibus, Baptismus, Fidei: Vntio, Spei: Eucharistia, Charitati, Confirmatio, Fortitudini: Pœnitentia, Iustitiæ: Ordo, Prudentiæ, Matrimonium, Temperantiæ, & hæc de Sacramentis in genere.

¶ De Sacramentis in specie: & primo de Baptismo:

**A**D speciem autem, & ad singula sacramenta deueniendo, præmittamus etiam quòd tria Sacramenta sunt magis quotidiana sacerdotibus, & circa quæ magis instructi esse debent, scilicet, Baptismus, Pœnitentia, & Eucharistia, Nam Confirmationis, & Ordinis, non sunt Ministri, sed solus Episcopus.

¶ De Vnctione autem, & Matrimonio, practica est



## SACRAMENTORVM

est in Missali, vel Manuali, ad quam remitto. Et etiam de ijs quatuor sacramētis aliqua dicem⁹, licet breuius.

### ¶ Quid est Baptismus.



Baptism⁹, est ablutio corporalis exteri⁹ facta, sub forma verborū quæ intus animā sanctificat, vel abluat à peccato. Vnde dicitur: Dicitur autē Baptismus a baptizo, as, quod idē est quod abluo, vel lauo. Requiritur autē in hoc Sacramento, materia, forma, & intētio; & de vnoquoq; dicamus.

### ¶ De materia.

**M**ateria Baptismi est aqua elemētalis, nō rosacea, vel aliqua alia artificialis: nō spissa ex luto, vel brodio, vel aliqua alia spissitudine, vel materia admixta, quæ immutaret naturā aquæ, & eius qualitatē, scilicet, fluere, & lauare. Posset tamē fieri in lixiuio, vel niue liquefacta, & alia aqua huiusmodi, in casu necessitatis. An puer qui creditur moriturus, debeat mitti in puteū, cū aliās aqua nō posset haberi? Dicendū, quod nō, quia est Sacramentū vitæ, & nō debet dare causam mortis. Item nō est de substantia quod aqua sit sanctificata. Melius tamen est seruare cōsuetudinem Ecclesiæ, & aquam benedicere. Et qui aliter facit, sine necessitate, peccat.

### ¶ De Forma.

A iiij

Forma

## FLOSCVLVS

**F**orma autem Baptismi, sunt verba, scilicet, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Græci aliter dicunt, scilicet, Bapizetur seruus Christi, &c. Sed conueniētior forma est nostra, vt probant Doctores. Illud Pro nomen, Ego, si omittatur, non nocet, tamē peccaret omittens. Idem de dictio ne, Amen. Si aliquid aliud dimittatur, non est Baptismus. Idem si transmutentur verba, cum corruptione sententiæ, secus si sine corruptione. Si propter ignorantiam corrūpantur verba, esset Baptismus, si habet intentionem Ecclesiæ. Verba illa debent dici simul, & sine interuallo. Neque dicat, vos, qui baptizat, sed, te, nec, nos, sed, ego. Nec addantur aliqua alia verba. Si tamen fiat sine corruptione sententiæ dictorum verborum, esset Baptismus, licet peccaret addens.

### q. De intentione.

**I**ntentio requiritur in Ministro Baptismi, scilicet, quòd intendat facere quod facit Ecclesia, & baptizare eo modo quo Ecclesia baptizat, aliter non esset Sacramentum. Idem etiam requiritur ex parte baptizandi, vel baptizati, si est adultus, scilicet, quòd intendat baptizari. Et debet respondere per ipsum, Vel si est infans, baptizatur in fide Ecclesiæ, vel Patrinorum, qui nomine illius profitentur intentionem recipiendi Baptismum in forma Ecclesiæ.

De

# SACRAMENTORVM §

## ¶ De Exorcismo & Cathecismo.

**P**ræcedere autem debent Baptismum Exorcismus & Cathecismus; quia sunt desolemnitate Ecclesiæ. Est autem Cathecismus, instructio. Exorcismus, adiuratio. Forma vtriusque habetur in Missali, Si puer est baptizatus, an debeant ei fieri Cathecismus & Exorcismus? Dicendum, quòd melius est facere, quàm emittere. Nam magis debilitantur vires Diaboli contra Baptizatam.

¶ Requiritur aliud de essentia huius Sacramenti: scilicet, quòd simul cum verbis tangatur aqua; aliter nihil fieret. Et melius est quod infundat aquam, cùm dicit illud verbum: Baptizo. Nam verba debent consonare rebus.

¶ Septem conferuntur in Baptismo, per quæ alia septem dona præstantur. Primum, per sal, datur sapientia: per sputum & apertionem, datur intellectus & concilium: per chrisma in frõte, fortitudo, per oleum, pietas, per aquam, regeneratio, per Crucem in fronte & ore, Fidei confessio, per lucernam, datur spiritus scientiæ & timoris. Et nota, quòd in omnibus his contrahitur compaternitas. Item notandum, quòd non solum Baptismus confert prædicta, sed & omnes virtutes Theologicas & Morales.

¶ **MINISTER** huius Sacramenti, est quicumque tempore necessitatis, infidelis, vel foemina



nima, dum tamen habeat intentionem Ecclesie, aliàs autè solus sacerdos, licet antiquitus etiam Diaconus baptizabat, sed iam non est in v su.

¶ Patrini debent interuenire in hoc sacramento, quia est regeneratio. Et possunt esse plures, nō tamen Monachus aut Monialis, aut nō baptizatus & cōfirmatus, neq; vir & vxor simul.

¶ De practica huius Sacramenti, remitto ad Missale & Manuale.

¶ Baptismus est triplex, scilicet, fluminis, fluminis, & sanguinis, id est, Materialis, Spiritus sancti, & Martirij.

**D**Vbia circa hoc sacramentum sunt plurima, sed dicemus aliqua magis contingentia. Si vnus posset baptizare plures, infundendo, aquā, & dicendo, Ego vos baptizo. Dicendum, quod posset, quia dicendo vos, de quolibet intelligitur Pro-nomen te, sed non debet fieri. Immo debet vnicuiq; aquam infundere, & dicere verba formalia, vt prædiximus.

¶ Si plures possent baptizare vñum? Videretur dicendum, quod non, quia est regeneratio spiritalis, & vnus debet esse pater, non plures. Sed sanctus Thomas dicit, quod potest, dum tamen vnusquisq; diceret, Ego te baptizo, & nō, Nos te baptizamus. Stultus vel dormiens possunt baptizari, vel nō? Possunt, secundum præcedentem voluntatem ante substantiam, vel somnum, aut ebrietatem. Vel si laborans per inter-  
ualla



tralla, possunt tempore sanitatis. Sed si natus esset stultus, & iam adultus est? Dicendum est de talibus, quod est idem quod de paruulis, quia debent baptizari in fide parentum. Si aliquis nascatur partim homo & partim bestia? Attendi debet ad quod magis accedit, ut secundum illud baptizetur, vel non. Si nascatur monstrum cum membris duplicatis? Vnus homo intelligitur, & semel baptizatur, nisi haberet duo capita, & duo pectora, quia tunc debet baptizari vnum caput, & postea aliud.

¶ Si sit dubium vbiusque, de iteratione Baptismi, debet baptizari sub conditione, scilicet. Si tu es baptizatus, ego non te rebaptizo, sed si non es baptizatus, ego te baptizo, &c. Si apparet aliquod membrum infantis existentis in utero matris? Quodcumque sit, baptizetur, secundum securiorem opinionem. Et si postea nascatur, baptizetur sub conditione, ut dixi. Baptizatus per vim absolutum, ut si sit ligatus, vel alias violenter tentus, nihil recipit. Sed per viam conditionalem, scilicet, cum minis, vel promissionibus, aut timore sit, baptizatus est. Nullo modo debet dari precium pro hoc sacramento nolenti aliter baptizare, quia non sunt facienda mala, ut veniant bona.

¶ Baptismus debet fieri regulariter in Ecclesia & non alibi, nisi ex causa necessitatis. Mutus & mancus non possunt baptizari simul. Si ti-

meat

ni sineat Sacerdos mortem pueri, non fugiat inimi-  
 cos ante Baptismum. Cum oleo & chrismate  
 antiquo non fiat Baptismus. Omni tempore da-  
 tur hoc Sacramentum, licet antiquitus non sic  
 fieret. Simulier prægnans moriatur, debet  
 scindi, & extrahi infans qui viuere creditur, &  
 baptizari. Si tamen mortuus extrahitur, non  
 debet sepeliri in cœmiterio. Et hæc sufficiant  
 de sacramento Baptismi.

¶ De sacramento Pœnitentiæ.



ST autem Pœnitentia, præterita  
 peccata plangere, & plangenda iterum  
 non committere. Dicitur autem à pœ-  
 na, & teneo, quasi pœnam tenens.

¶ Quotuplex est Pœnitentia.

Pœnitentia est triplex, scilicet, Pœnitentia so-  
 lennis, quia solenniter fiebat, sed iam non est  
 in vsu. Et est Pœnitentia publica, quia propter pu-  
 blica peccata infertur, Et est Pœnitentia secreta,  
 & sacramentalis, de qua est propositum nostrum.

¶ Partes Pœnitentiæ.

Ista igitur habet tres partes principales & inte-  
 grales, scilicet, Cordis contritio, Oris con-  
 fessio, Operis satisfactio. Offendimus autem  
 Deum ijs tribus modis, scilicet, corde, ore, & ope-  
 re, & per hæc tria oportet pœnitere. De primo,  
 Psal. Cor contritum & humiliatum Deus non  
 despicias, De secundo, idem Psal. Dixi, Confite-

bor aduersum me iniustitiam mea Domino. De  
 tertio, in eodem Psal. Tunc acceptabis sacrificiū  
 iustitiæ, oblationes, & holocausta,

¶ De Contritione.

**C**ontritio est dolor voluntarius pro peccato  
 assumptus, cum proposito confitendi &  
 satisfaciendi. Et dicitur à con, quòd est simul,  
 & tero. Vnde Ioè Propheta. Scindite corda  
 vestra. Conteritur autem cor peccatoris à du-  
 plici mola, scilicet, superiori & inferiori, hoc est,  
 à cælo & inferno.

¶ De Attritione.

**E**st etiam Attritio, quæ differt à Contritione,  
 tanquam imperfectum à perfecto. Vnde  
 Attritio est dolor imperfectus de peccatis.  
 Sed notandum, quòd in eo qui facit, quod in  
 se est, & aufert causas & occasiones peccatorū,  
 habens propositū non redeundi ad peccata. Iste  
 in confessione ex attrito fit contritus. Per solam  
 contritionem, si pura & vera est, dimittuntur  
 peccata. Vnde David, vt prædiximus, dicebat.  
 Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meā  
 Domino, & tu remisisti impietatē peccati mei.  
 G L O S A. Dixi, id est, proposui. Sed restat de  
 necessitate confiteri, & satisfacere.

¶ De Confessione.

**C**onfessio, est legitima coram Deo & Sacer-  
 dote, cum spe veniæ, peccatorum declara-  
 tio, secundum Raynaldum, Vel secundum Au-  
 gusti



## FLOSCVLVS

gustibum, Cōfessio, per quam morbus lāguens-  
cum spe veniæ aperitur. Dicitur autem cōfessio  
à con, quod est simul, & forfaris, quasi simul  
falsio, id est, integra locutio.

¶ Quando fuit initt. tota Confessio? Distinguen-  
dum. Quia Confessio est duplex, scilicet, men-  
talis, & vocalis. Mentalis Cōfessio semper fuit  
necessaria, quia procedit à dictamine rationis.  
Quandocunq; enim quis offendit Deum, dicta-  
uit ratio quòd non debuit offendere creatorem  
suum, sed debuit dolere de offensa, & saltem mē-  
te recognocere peccatum suum, & ab eo mise-  
ricordiam humiliter petere. Vocalis autem Cō-  
fessio etiam est duplex, quia aut fit Deo, aut ho-  
mini. Illa autem quæ fit Deo, semper etiam  
fuit de necessitate salutis. Et hæc Confessio re-  
quirebatur in Adam post lapsum. Gen. 3. quan-  
do fuit ei dictum, Adam vbies? Dicit ibi Glosa.  
Non sunt verba ignoratis, sed increpantis, & ad  
confessionem cogentis. Idem etiam de Cain in-  
terrogato de fratre. Confessio quæ fit homini,  
fuit inittata à Christo. Luc. 17. quando dixit  
leprosis. Ite, ostendite ves sacerdotibus. Et  
quando dixit discipulis, Quorum remisistis  
peccata, &c. Postea fuit promulgata à Iacobo  
Apostolo dicente. Confitemini alterutrum pec-  
cata vestra. Postea etiam Ecclesia determina-  
uit tempus, per Cap. omnis vtriusque sexus.  
Ad Confessionem omnes tenentur post annos  
discere



## SACRAMENTORVM. 8

discretionis, etiam sanctissimi viri, qui non habent peccatum mortale, quia de venialibus, licet non sit necessaria Confessio, in dubio tamen melius est confiteri, & maxime in assuetis. Sine venialibus enim nemo esse potest.

¶ Cui debet fieri Confessio.

Confiteri autem tenetur quis proprio Sacerdoti, etiam si peccatum ipse alias sciat, quia non dicitur scire ut Deus, prout est in confessione, si tamen proprius sacerdos est ignorans, vel ex alia causa legitima, potest ab eo petere licentiam, ut alij confiteatur. Vel si mulier peccavit cum Curato suo, quia non debet ei confiteri, & huiusmodi. Et notandum est quod sacerdos ubique potest suum Parrochianum absolvere

¶ Conditions requisitæ in Confessione.

Confessio debet habere sexdecim conditiones, quæ his versibus continentur.

Sit simplex, humilis, Confessio, pura, fidelis.

Atque frequens, nuda, discreta, libes, verecunda.

Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata.

Fortis, & accusans, & sit parere parata.

¶ Simplex, id est, sine plica. Humilis, ut Confessio Publicani pura, id est, propter Deum, & sine fictione. Fidelis id est, propter fidem.

Frequens, saltem tempore statuto, sed melius esset si sæpius fieret. Nuda, non per nuncium vel epistolam, vel paladiando. Discreta, id est,

ordina

## FLOSCVLVS

ordinata, Libens, id est, voluntaria & non coacta, Verecunda, quia qui erubescit, dignus est venia. Integra, nihil dimittendo. Secreta ex parte vtriusq; scilicet confitentis & audientis. Lachrymabilis, quia lachrymæ lauant delicta, vt dicit Chrysolto. Accelerata, id est, non crastinâdo. Fortis, in pœnitendo & satisfaciendo. Accusatoria, quia ex propria malitia. Et parere parata, alias nihil esset sine obedientia Confessoris. Vnde debet se libere eius iudicio committere.

¶ Quando debet iterari.

**S**ed quia inter alias conditiones diximus quod sit integra, Notandum, quod propter quatuor causas debet Confessio iterari. Prima, si non fuit integra, quia aliquod peccatum scienter dimisit. Vnde Confessio dicitur à con, quod est simul, vt prædiximus, Secunda, si non fuit confessus proprio Sacerdoti. Tertia, si scienter quæsiuit Sacerdotem ignorantem & idiotam. Quarta, si non adimpleuit pœnitentiam iniunctam.

¶ De Circumstantijs peccatorum.

**D**e quibus debet esse Confessio? Dicendum quod de peccatis Mortalibus, de Venialibus autem non est necesse, sed laudabile est, & maxime in assuetis, vt dixi. Item debet confiteri Circumstantias peccatorum, quæ aggrauant, vel faciunt transire in aliam speciem.

¶ Circumstantiæ sunt quæ his versibus continentur.

Quis

## FLOSCVLVS

Quis, quid, vbi, p quos, quotiēs, cur, quomodo,  
 qñ. Quilibet atcedat animæ medicamina dādo.  
 ¶ Ex Circumstantijs autem quædam sunt quæ  
 alleuiāt, peccata, vt, Percutere laceſſitus, vel qui  
 furatur ex neceſſitate, & iſtæ nō debent confi  
 teri. Quædam aliæ circumſtantiæ ſunt quæ ag  
 grauāt peccata, vt, Adulterari tempore ſacro,  
 vel, ſi peccatum eſt publicum, & iſtæ bebēt om  
 nino confiteri, ſecundūm verioreſ opinionem.  
 Quædam ſunt quæ faciunt tranſire in aliam ſpe  
 ciem, & iſtæ ſine dubio, ſecundūm omnes, de  
 neceſſitate ſunt confitendæ, vt Cognocere alie  
 nam mulierem, eſt fornicatio, addatur Circun  
 ſtantia quis, ſcilicet, coniugata, & eſt adulteriū:  
 vel virgo, & eſt ſtuprum, &c. Item furari ad  
 datur Circumſtantia vbi, ſcilicet, in Eccleſia, &  
 eſt ſacrilegium, vel, percutere clericum, &c.  
 ¶ Confefſio, vt diximus, erit de peccato.  
 Quid igitur peccatum ſit? Dicendum, quōd  
 peccatum eſt duplex, ſcilicet, Mortale, Ve  
 niale. Peccatum Mortale eſt, factum, dictū,  
 aut cōcupitum contra legem Dei. Veniale eſt,  
 quod non eſt contra charitatem Dei aut proxi  
 mi. Non enim eſt veniale contra charitatem, ſed  
 contra feruorem charitatis: vel, Veniale eſt,  
 quod ex ſe habet vnde veniam conſequatur. Et  
 dicitur Veniale, quia venia dignum. Mortale au  
 tem, quia dignum morte, ſcilicet, æterna. Ita  
 enim dicit Apoſtolus. Quia qui talia agunt,  
B digni



## FLOSCVLVS

digni sunt morte. De Originali peccato non est  
 penitentia neque satisfactio, quia Redemptor  
 noster pro eo satisfacit. Et vt de Veniali etiam  
 breuiter expediamus de illo non est necessaria  
 confessio, vt prædiximus, bonum erit tamen si  
 fiat. Sed talia peccata, etiam sine Confessione,  
 pluribus modis remittuntur, scilicet, per Oratio-  
 nē Dominicam, per aquam benedictam, per Cō-  
 fessionem generalem, per benedictionē Episco-  
 palem, per percussione[m] pectoris, & secundum  
 aliquos, per ingressum Ecclesiæ. Item per eleē-  
 mosynam, atque per deuotam orationem: & etiā  
 per extremam Vnctionem. Itaq; de Veniali &  
 Originali hoc sufficit.

**P**Eccatum igitur Mortale est septuplex: Septē  
 enim sunt peccata Mortalia, quæ intelliguntur  
 per hanc dictionem Saligia. Vnde versus.

Dat septem vitia hæc tibi dictio Saligia.

¶ Habet enim hæc dictio septē literas, per quas  
 singula intelliguntur, vel incipiuntur nomina  
 peccatorum. Per S, Superbia: Per A, Auaritia:  
 Per L, Luxuria: Per I, Ira: Per G, Gula: Per  
 alterum I, Inuidia: Per alterum A, Accidia.  
 Ad hæc septem reducuntur omnia alia peccata  
 quæcunq; esse possunt. Vnūquodq; autem ho-  
 rum peccatorum habet diuersas species: & etiā  
 habet filias. Dicemus igitur de singulis, & pri-  
 mō de Superbia,

Super-



**E**ST autem Superbia, inordinatus appetitus propriæ excellentiæ vel honoris, Habet autem quatuor species. Prima est quando superbus reputat de se quod sit bonus, & vult honorari de bonis quæ non habet, sed fingit sed habere. Secunda species est, si habet aliqua bona, sed reputat illa habere à seipso, & non à Deo. De quo Psal. Labia nostra à nobis suat.

¶ Tertia species est, quando reputat habere à Deo, sed tamen propter merita sua. Quarta si propter aliqua bona quæ habet, scilicet, scientiam, vel nobilitatem, aut diuitias, vult præferri alijs vltra debitum.

¶ Filia Superbiæ.

¶ Habet Superbia septem filias, quæ sunt: Præsumptio, iactantia, Contentio, Discordia Perinacia, Inobedientia, Hypocrisis. Item est temeraria iudicatio.

¶ Præsumptio est, quæ vult alios præcedere, & paribus vel maioribus præferri. Et dicitur à præ, & sumo, is, quia magis sumit vel accipit de honore quam sibi debeat. iactantia, per verba extollitur. Et dicitur à iacto, as, cum quis seipsum laudat, vel dicit aliqua per quæ magis honoretur. Contentio, est impugnatio veritatis, vt singularis habeatur: vel alios velle superare in opinione sua. Et dicitur à con, quod est simul, & tendo, is, quia simul

tendunt in mutua impugnatione. Discordia, est  
 diuersitas cordis & voluntatis, est enim nō con-  
 cordare cum alijs, vt excellentior habeatur.

¶ Pertinacia est, cūm propriæ opinioni inor-  
 dinate innititur, nolens credere veritati, vel  
 maiorum consilio, vt sapientior habeatur. Et  
 dicitur à per, & teneo, quasi perfectè & durè te-  
 nens opinionem. Inobedientia, est contemptus  
 mandatorum superioris, cui obedire teneba-  
 tur. Hypocrisis, est aliud exterius ostendere,  
 quam intus habeatur: quia hypocritæ ostendūt  
 bonitatem vt honorentur, intrinsecus autem  
 sunt lupi rapaces. Dicitur autem Hypocrisis ab  
 hyper, quod est super: & chrysos, quod est au-  
 rum, quasi desuper aurum. Vel etiam ab hypo,  
 quod est sub, quasi aliud sub auro. Temeraria  
 iudicatio, est vsurpare iudicium Dei, qui solus  
 iudicat corda & mentes hominum. Superbus  
 autem hoc etiam præsumit.

### ¶ AVARITIA.

**A**varitia, est inordinatus appetitus habendi  
 diuitias. Est autem Auaritia duplex, vna, in  
 custodiendo inmoderatè bona propria: altera,  
 in appetendo vel detinendo aliena.

#### ¶ Filia Auaritiæ.

¶ Habet Auaritia octo filias, scilicet: Fra<sup>9</sup>, Falla-  
 cia, Periurium, Inquietudo mentis, Simonia,  
 Vsurā, Furtum, Rapina.

¶ Fraus, est dolus & deceptio in rebus, &  
 dici

## SACRAMENTORVM. III

dicitur à fraudo, as. Fallacia, est in verbis, & dicitur à fallo, is. Periurium, est verbum contra mentem prolatum cum iuramento. Inquietudo mentis, est nimia sollicitudo acquirendi: quia nunquam quiescit. Simonia, est dare temporale pro spirituali: & dicitur à Simone Mago. Usura, est aliquid ultra sortem accipere in mutuo. Furtum, est contractio rei alienæ invito domino, & est absente vel ignorate domino. Rapina, est per vim & præsepte domino, vel sciente, & dicitur à rapio, is.

### ¶ LVXVRIA.

**E**ST autem Luxuria, appetitus inordinatus ad delectationem carnis & Venereorum. Et habet sex species, scilicet, Fornicatio, Adulterium, Incestus, quod est cum consanguinea. Stuprum, cum virgine, Sacrilegium cum Moniali, Peccatum contra naturam, & istud est triplex, scilicet, Mollicies, Sodomia, & Bestialitas.

### ¶ Filix Luxuriæ.

¶ Habet Luxuria septem filias, quæ sunt, Delectatio morosa, Cæcitas mentis, Præcipitatio, Inconsideratio, Inconstantia, Amor sui & vitæ præsentis, Odium Dei.

¶ Delectatio morosa, est in mente, cum cogitat cum delectatione actus carnales quos commisit, vel committere intendit, & in hoc delectatur, & incenditur cum consensu rationis. Cæcitas mentis, est de qua Psal. Super ce-



## FLOSCVLVS

cidit ignis (scilicet, concupiscentiæ) super eos,  
 & non viderūt Solem, & est cū mens à passio-  
 ne & delectatione obcæcatur, superatur, & ca-  
 piuatur, & remanet priuata spiritali visione.  
 Præcipitatio, est cū propter delectationē im-  
 peditur consilium, & fertur in Venerem, sine res-  
 pectu præsentis vel futuri periculi. Inconside-  
 ratio, est quando supprimitur ratio, & per dele-  
 ctationem impeditur iudicium, & scienter vult  
 malum eligere. Inconstantia, est quæ rumpit  
 boni propositum. Vel dic clarius, secundum S.  
 Thomam & Florentium, quòd ista tria, scili-  
 cet, Præcipitatio, Inconsideratio, & Inconstan-  
 tia sic differunt: quòd Præcipitatio impedit con-  
 silium: Inconsideratio impedit iudicium, quòd  
 ex consilio elicitur: Inconstantia impedit execu-  
 tionem. Vnde Salustius. Antequàm aggrediare,  
 consulto: vbi autē consultu ris, mature (scilicet,  
 determinando iudicium) factu opus est, scilicet,  
 per executionem. Itaq; Præcipitatio, est contra  
 primum, scilicet, consulere; Inconsideratio, est  
 contra secundum, scilicet, iudicium & cogni-  
 tionem boni: Inconstantia, est contra tertium,  
 scilicet, exequi. Amor sui & vitæ præsentis, fa-  
 cit quòd non vult carere hac delectatione: quia  
 vult placere sibi plusquàm Deo: & magis dili-  
 git præsentem vitam quàm æternam. Ideo in  
 Euang. Qui amat animam suam, perdet eam,  
 Qui amat, scilicet, secundum sensualitatem, po-  
 nens

nens finem suum in seipso, & in vita presentī. Odiū Dei, ex hoc procedit, quia diligens mundum & seipsum, habet Deum odio, & nolle eum punitorem esse malorum, neque eius doctrinam Evangelicam. De quibus Iob. Cum his qui dicunt Domino Deo: Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.

## ¶ INVIDIA.

**I**nvidia, est tristitia de bono proximi. Et est duplex, scilicet, tristitia in prosperis, & gaudium in aduersis: quod est proprie contra charitatem. Cuius est flere cum fletibus, & gaudere cum gaudentibus.

## ¶ Filie Inuidiæ.

¶ Habet autē Invidia quinque filias, scilicet, Odiū, Detractio, Murmuratio, Susurratio, Derisio.

¶ **O D I V M**, est velle malum alicui, & eum inimicum habere. Murmuratio, est publicè opera proximi sinistrè interpretari, & de eo malè loqui. Et dicitur à murmure, quod est sonitus. Nam publicè, & cum sonitu de proximo malè loquitor. Susurratio, est secretè & occulte idem facere, scilicet, mordere famam & opera proximi, per verba maleuola, sigillatim & quasi ad aures aliorum. Et dicitur à subtus vel sub. Detractio, est diminuerè bona opera, & merita aliorum attenuare. Nam dictio de in compositione diminuit & remouet. Vel dicitur detrudere, id est, deorsum trahere. Derisio,

## FLOSCVLVS

est vilipensio dictorum vel sanctorum alicuius, cum ludibrio & risu. Et dicitur à rideo, es dicitur de, quasi de eo ridens.

### ¶ GULA.

**G**Vla, est inordinatus appetitus cibi & potus, contra regulam rationis. Est autem quadruplex, scilicet, quia præuenit, vel exquirat, vel excedit, vel præcipiat, seu currit cum ardore & delectatione.

### ¶ Filia Gulae.

¶ Habet enim Gula septem filias, quæ sunt Scurrilitas, Inepta lætitia, Ebrietas, Insensualitas, Hebetudo mentis, Loquacitas, Immunditia.

¶ Scurrilitas, est officium ioculatoris vel mimi. Dicuntur illi tales scurriles, quia excurrunt per domos, est quando quis facit actus inordinatos, & ioculatorios. Inepta lætitia, est cum quis in præparatione, & frequentatione conuiuiorum lætatur & gaudet. Et dicitur inepta, id est, non apta, neque ordinata secundum rationem, & post potum solet esse talis lætitia. Ebrietas, est excessus in potu qui turbat sensum, Et dicitur ebrietas id est, extra briam, quæ est regula vel mensura. Inde sequitur Insensualitas, quia sensus & ratio fugit, unde ebrii volunt dormire. Hebetudo mentis, est cum mens per talem continuationem excæcatur & torpescit. Fiunt enim homines quasi stupidi & insensati, Loquacitas & multiloquium, sunt cum



cū homo post superfluam comestionem, vel potum, deordinat se nimis loquendo, vel cachinando. Immunditia, est vomitus qui sequitur ex tali superflua comestione vel potu. Aliquando etiam pollutio & effusio seminis.

## ¶ I R A.

**E** S T etiam Ira motus & ascensio sanguinis circa cor, cum appetitu vindiētæ. Et est triplex, scilicet, corde, ore, & opere: vt dixit Christus in Euangelio. Quod si quis irascitur fratri suo, scilicet in corde: reus erit iudicio. Qui autem dixerit patri suo, racha: reus erit cōfilio, id est per vocem. Qui autem dixerit, fatue, quia iam est iniuria personalis, & fit opere, reus erit gehennæ ignis. In primo, ira; in secundo, ira & vox: in tertio, iniuria.

## ¶ Filie Iræ.

¶ Ira, secundum D. Augustinum, habet novem filias, scilicet: Indignatio, Tumor mentis, Clamor, Contumelia, Blasphemia, Rixa, Seditio, Bellum, Homicidium.

¶ **I** N D I G N A T I O, quia proximum dedignatur & despicit, ipsum iniuriando factō vel verbo. Tumor mentis, quia quasi inflatus est furore, quærens vindiētam & nocumentum. Clamor, per voces fit, sine expressione certæ iniuriæ: quod, vt diximus in Euangelio dicitur Racha. Contumelia, exprimit iniuriam voce Blasphemia, contra Deum, vel Sanctos

**R**ixa est contra proximum in opere, scilicet, verberando vel vulnerando. Seditio, est colligatio vel coniuratio contra alios, id est secus dictio, vel aliter quam alij dicant, Inde sequitur Bellum. Et dicitur à Belial, quia præcipuum opus diaboli est. Vel a Beel, quod est mors, vel à Bellona dea bellorum. Est autem Rixa, inter paucos, Bellum autem inter multos. Sequitur inde Homicidium, quod est notum. Compositum est enim ex homo, & occido, is. Et nota, quod aliquando ira non solum non est peccatum, sed etiam est laudabilis, cum procedit ex indignatione malorum, & tunc proprie dicitur Zelus, ut fuit in Phinees.

#### ¶ ACCIDIA.

**A**ccidia, est tædiū diuini boni, & causatur ex rebellione carnis ad spiritum. Et est duplex quia vna est in omittēdo bonū, & alia est quædā negligentia in nō excludēdo malū. Vna species, opponitur charitati & regiōi, altera fortitudini.

#### ¶ Filie Accidiæ.

¶ Habet Accidia septem filias, quæ sunt, Malicia, Rancor, Possillaminitas, Torpor, Timor, Desperatio, & Euagatio mentis.

¶ Malitia, est voluntas nocendi, & malum cogitandi, omnia in peius accipiendo, & insidias parando. Et dicitur malitia, id est, malum sciens, vel procurans. Rancor, est indignatio inueterata in corde, quam habet piger aduersus

ius proximum. Et dicitur à rancidine, habent enim quæ rancida sunt, malum saporem.

Illanimitas, est debilitas animi ad bene operandum, & boni ardui ex hoc prætermisio. Et dicitur pusillanimitas, id est, paruitas animi. Torpor, est inhabilitas ad bonum, & ad diuina præcepta. Et dicitur à torpeo, es. Torpere autem dicuntur digiti frigore vel gelu. Timor, scilicet, temporalis, est qui excludit diuinum timorem & amorem, vt quando propter talem timorem dimittitur bonum vel fit aliquando malū. Desperatio, est spem perdere, nō confidendo de misericordia Dei. Et est peccatum Iudæ traditoris & Cain, dicentis: Maius est peccatum meū, quā vt veniam consequar. Et est pessimū omnium peccatorū, quia facit Deum in misericordem, cū sit summa & infinita misericordia. Euagatio mentis, est cū piger in diuinis rebus non inuenit saporem, sed distrahitur ad delectabilia mente & cogitatione. Grauat enim cogitare de Deo, & de diuinis rebus. Et ista Euagatio ad omnia peccata extenditur, nam cogitat de Auaritia, de Gula, de Luxuria, & de alijs.

¶ De peccatis in Spiritum sanctum.

**D**esperatio autem, de qua diximus quōd est filia Accidiæ, de ea etiam notandū, est quōd est peccatū in Spiritum sanctum.

¶ Sex enim sunt peccata in Spiritum sanctum, scilicet, Inuidia fraternæ gratiæ, Impugna



## FLOSCVLVS

est gio veritatis agitæ, Præsumptio de impunitate,  
 cet. Destinatio mentis, Desperatio, de qua diximus,  
 & Finalis impœnitentia. Dicuntur autem peccata  
 in Spiritum sanctum, quia impugnant gratiã  
 Spiritus sancti. Et etiam dicuntur irremissibilia,  
 propter suam grauitatem. Sunt enim grauissi-  
 ma, quia sunt ex propria malitia, non autem ex  
 fragilitate, quod dicitur peccatum cõtra Patrẽ:  
 neq; ex ignorantia, quod dicitur contra personã  
 Filij, sed ex malitia quod est contra personam  
 Spiritus sancti, cui attribuitur bonitas, Patri au-  
 tem, potentia, & Filio, sapientia. Vel dicuntur  
 etiam irremissibilia, scilicet, ex parte sui, quia nõ  
 habent vnde remitti debeant. Bene autem re-  
 missibilia sunt ex parte Dei, qui omnia cõsuevit  
 remittere verẽ pœnitentibus, sed Finalis impœ-  
 nitentia nunquam remittitur, neq; remitti po-  
 test. Et de illa proprie est illud, Neq; remittetur  
 in hoc seculo, neque in futuro.

**S**ACERDOS igitur per ista peccata, & eo-  
 rum species, filias, & circumstantias, interro-  
 get Confitentem, & maximẽ secularem igno-  
 rantem, vt manu obstetricante euellat vulnus  
 de sino peccatoris, vt videlicet, cùm dixerit se  
 peccasse per Superbiã, interroget de modo, nũ  
 quid inobediens fuerit Superiori, domino, pa-  
 tri, vel prælato. Item interroget quomodo quo-  
 ties, quare, quando, vbi. Item interroget per  
 Iactantiam, an se iactauerit de bonis, de gene-

re, de scientia, de pulchritudine, & sic de alijs peccatis, per singula discurrendo.

¶ De decem præceptis Decalogi.

**P**OST discussionem peccatorum in Cōfessione, examinādus est pænitens de obseruātia decē præceptorū Decalogi. Dicitur autē Decalogus à decē, & logos, quod est verbū, quasi decē verba. Vnde, In psalterio decē chordarū psallā tibi.

¶ Continentur autem hæc decem præcepta in his versibus,

Vnum cole Deum, nec iures vana per ipsū,  
Sabbata sanctifices, charos venerare parētes.

Noli mæchari, noli de cæde notari.

Furta caue fieri, non sis testis nisi veri.

Nec cupias nuptas, nec quæras res alienas.

¶ Diuidūtur autē hæc decem Præcepta in duas partes, Quædā enim Præcepta sunt quæ dicuntur pertinere ad primam tabulam, & quædam quæ ad secundam. Prima tria, scilicet, de colendo vnum Deum, & nō iurando in vanum, & de sanctificatione sanctorum dierum, pertinent ad primā tabulam, & ista sunt indispensabilia. Cætera omnia, ad secundam, Item subdiuiduntur. Nam quædam Præcepta sūt affirmatiua, & quædam negatiua. Illa quæ sunt affirmatiua, obligāt semper, sed nō ad semper, scilicet, tempore, & loco, vt de honore Dei, & honore parētum, &

sancti

## FLOSCVLVS

el  
cet. vel
 sanctificatione testorum. Ad ista tria tenemur  
 & in loco, & tempore, quia impossibile esset  
 omni loco, & hora actu venerare parentes, vel  
 Deum, & honorare festa, sed solum cum oppor-  
 tunitas se se offert. Illa autem quæ sunt negati-  
 ua, obligat semper, & ad semper, hoc est, quia nū-  
 quam licet contravenire. Nunquam enim licet  
 incedere, nunquam falsum testimonium dicere,  
 nunquam furari. Per præcepta enim affirmatiua  
 legis, præcipiuntur actus virtutum: per negati-  
 ua autem, vetantur actus vitiorum. Illud enim  
 quod de se est malum, & peccatum, nunquam  
 licet, vt diximus. Ideo negatiua obligant sem-  
 per, & ad semper. Actus autem virtutum, non  
 quolibet modo & tempore fieri debent, sed ob-  
 seruatis debitis circumstantijs, temporibus, &  
 locis. Potest tamen aliquando in aliquibus ex  
 negatiuis dispensari, & aliter fieri, vt in Iudice  
 iuste occidente, & in bello iusto, & in furto, & in  
 extrema necessitate, & alijs huiusmodi.

¶ **EX** his Præceptis, quædam ordinant homi-  
 nem ad Deum, quædam verò ad proximum.  
 Illa Præcepta quæ ordinant hominem ad Deum,  
 sunt priora tria. Tenemur enim Deo & Creato-  
 ri nostro ad tria. Primo, vt nullum alium De-  
 um & Dominum recognoscamus. Secundo, vt  
 sibi & nomini suo non faciamus iniuriam. Ter-  
 tio, vt ei exhibeamus reuerentiam & famula-  
 tum. Ita est primum Præceptum, de primo, se-  
 cundum



eundem autem, de secundo, tertium verò, de tertio. Illa Præcepta quæ ordinant hominem ad proximum, sunt septem sequentia. Ordinamur enim ad proximum duobus modis. Primo, ut scilicet, sibi bonum faciamus, & sic est quarum de honore parentum. Secundo, ne proximo nocemus, nec in persona sua, nec in persona sibi coniuncta, ut ex vxor, nec in rebus suis. Et sic sunt alia quatuor, scilicet.

Noli inæchari, noli de cæde notari.

Furta caue fieri, non sis testis nisi veri.

¶ Possumus autem nocere proximo etiam voluntate, & sic sunt alia duo Præcepta, scilicet.

Nec cupias nuptas, nec quæras res alienas.

Ad singula Præcepta veniamus,

¶ Primum Præceptum.

**N**ON habebis Deo alienos corâ me. Exod. 20. vel. Vnum cole Deum, quod idê est. In quo Præcepto prohibentur hæreses, idolatria, incâtationes, diuinationes, & sortilegia quæcunq; omnes artes prohibita, ut est de arte notoria, quæ est Nigromantia, & alia huiusmodi. Itê obseruationes dierû, & temporum, constellationes, & somnia, collectiones herbarû, & omnia similia quæ suspecta iudicari possunt. Quia solus Deus credendus & honorandus est, & istæ fatuitates dimittendæ, quia sunt superstitiones vanæ.

Dicitur autem Superstitio, vana religio,

¶ Secundum Præceptum.

Non

## FLOSCVLVS

**N**ON assumes nomen Domini Dei tui in vanum. In quo prohibentur omnia periuria, & species eorum. Et notandum, quod Dominus per Prophetam dicit. Iurabunt in veritate, & iustitia, & iudicio. De primo, qui iurat debet scire in veritate id quod iurat, aliàs debet iurare de credulitate, vel de præsumptione, & nõ aliter quàm in conscientia habeat. Iustitia dicitur esse in iuramento, cùm iuratur illud quod est iustum, licitum, & honestum, aliàs periuria sunt, non iuramenta. Iudicium debet esse, vt scilicet, sit discreta iuratio, & cum necessitate & causa, nõ autem leuiter & faciliter. Nam vbi non est necessitas, sermo debet esse, sic, sic, & non, non. Iubetur etiam in hoc Præcepto impleri votorum, quia vt dicit Propheta, *Vouete & reddite Domino Deo vestro, &c.*

### ¶ Tertium Præceptum.

**S**abbata sanctifices, id est, festiuitates quas Ecclesia iubet obseruari, Præceptum autè de obseruatione Sabbati, translatum est ad diem Dominicam, propter multas rationes, quas assignant Doctores. Et in diebus festiuis vacandum est ab omni opere seruili. Et debèt laici Missas audire, aliàs, si non subesset iusta excusatio, peccarent mortaliter. Vbi autem emminet necessitas, vt, collectio frugum, fructuum, & cætera huiusmodi, & timeatur tempestas, vel aliud impedimentum, tolerandi sunt laici,

Quar

## ¶ Quartum Præceptum.

**C**haros Venerare parentes. Debent enim honorari, & sibi necessaria dari cum indigent. Hic etiam iubetur gubernatio familiæ. Et nomine parentum, intelliguntur Prælati, Doctores, Domini, & omnes alij à quibus bona recepimus qui dici possunt parentes, ex beneficijs nobis collatis. Et generaliter omnes Superiores, quos tenemur venerari.

## ¶ Quintum Præceptum.

**N**OLI mœchari. Mœchia enim, adulteriũ est: sed nomine eius prohibetur omnis fornicatio, & quęcunque commixtio & concubitus extra Matrimonium. De omni concubitu & Luxuria diximus supra.

## ¶ Sextum Præceptum.

**N**OLI de cæde notari, scilicet, iniustè: alias, si te defendendo, cum aliter euadere non possis, excusaris. Prohibentur hic quadruplex homicidium, scilicet, corde, ore, & opere & omissione. Quia vt dicit Ambrosius: Pasce fame morientem: si non pauisti, occidisti. Item non accidas famam proximi, vel eius vitam, & sustentationem, ipsum depauperando, quia pecunia est vita hominis.

## ¶ Septimum Præceptum.

**F**urta caue fieri, Prohibetur omnis iniusta acquisitio. Et dicitur etiã furari Clericus, qui hō facit officium suum, Quia propter officium datur

Cbene



## FLOSCVLVS

beneficium. De omni rapina diximus supra:

Octauum Præceptum,

**N**ON sis testis nisi veri. In quo prohibetur omne mendacium, sed præcipue testis false deponens, tenetur ad restitutionem. Idem de adulatoribus dominorum, & Confessoribus, qui non iubent restitui ablata. Tamen mendacium iocosum, peccatum veniale est.

¶ Nonum & Decimum Præceptum.

**N**ONVM, & Decimum Præceptum, prohibent actum interiore[m]. Quia, qui vide rit mulierem ad concupiscendum eam, iam machatus est eam in corde suo. Itē de quacunq; re quæ illicite concupiscitur: quia in mente per cō sensum peccatur. Et nota quòd desiderium rei alienæ, cum consensu rationis, eiusdem speciei est, cuius est opus concupitum: vt si desiderauit virginem, vel monialem, vel rem alienam, per furtum, per vsuram: si rem sacram, &c.

¶ De quinque sensibus corporeis.

**I**nterrogandus est prætereà pœnitens de quinque sensibus corporeis, quomodo, & quando Deum cum illis offendimus. Sunt enim sensus corporis. Visus, auditus, Odoratus, Gustus, & Tactus. Et sunt hi sensus fenestree per quas Diabolus intrat ad cor hominis. Sunt etiam arma, cum quibus Caro pugnat aduersus Spiritum, & Sensualitas aduersus Rationem, vn de nimis cohibendi sunt & comprimendi, Sæpe

oculis

oculis offendimus Deum, quia impudicè aspici-  
 mus, Idcirco scriptum est, Oculus meus de-  
 prædatus est animam meâ. Et alibi; Oculi sabli-  
 mes lingua mendacium. Et, Qui viderit mulie-  
 rem, &c. Itaque non licet aspicere, quod non  
 licet concupiscere. Deturpantur præterea Ocu-  
 li coloribus ad lasciuiam, & maxime per mulie-  
 res: Aures, ad luxuriosa verba, mendacia, atque  
 murmuraciones, & vanitates laxantur. ( Vnde  
 conquerebatur Apostolus, dicens. Cùm sanam  
 doctrinam non accipient ad fabulas autem con-  
 uertentur.) Nares ad odores prouocantes ad  
 Luxuriam, & ad vanam gloriam: cum delecta-  
 tionibus & incentiuis Luxuriæ. Os, & lingua,  
 ad murmuraciones, blasphemias, mendacia. Et  
 guttur ad exquisitos saporés. Vnde Nabuzardan  
 princeps coquerum dicitur destruxisse muros  
 Hierusalem, id est, animæ contemplatiuæ & de-  
 uotæ, sunt enim muri animæ virtutes, Tactus  
 etiam offendit, tangēdo cū delectatione immun-  
 da, & quæ prouocat ad libibinem. Item molles  
 vestes, & alia huiusmodi Sæpe enim manus la-  
 xantur ad rapinas, ad alâpas, & iniurias proxi-  
 morum. Et circa hæc sit Sacerdos curiosus inue-  
 stigatōr, de omnibus perscrutans.

¶ De operibus Misericordiæ.

**D**E vltimo modo peccandi, scilicet, omis-  
 sione, interrogandus est etiam confitens.  
 Quia sæpe propter aliena peccata incurritur

## FLOSCVLVS

poesia inferni: de quo clamabat Propheta, di-  
 : Ab alienis parce seruo tuo. Præcipuè in  
 hoc interrogandi sunt Prælati, & curam anima-  
 rum habentes, si eorum culpa aut negligentia  
 perijt aliquis, & permanet in peccato ex ouibus  
 suis, quia iuxta Ezechielem, eorum sanguinem  
 de manibus nostris requiret. Si visitauit subdi-  
 tos, si correxit, si increpauit, si latrauit, quia con-  
 queritur Dominus per Prophetam, dicentem:  
 Facti estis canes muti, non volentes latrare.  
 Et de operibus Misericordiæ, quæ omisimus ad  
 implere, districtè interrogandi sumus in die iu-  
 dicij, quia dicit Saluator noster: Vidistis me esuri-  
 entem, sitientem, &c. Sunt autem opera Miseri-  
 cordiæ quatuor decim, septem, scilicet, spiritua-  
 lia, & septem corporalia. Spiritualia autem cõ-  
 prehenduntur in his versibus.

Consule, castiga, doce, solare, tolera, parce, &  
 roga. Rogare enim tenemur p̄ amicis & inimi-  
 cis. Septem corporalia sunt. (pel:

Visita, pasce, pota, redime, indue, hospitare,  
 Desino per singula dicere propter breuitatem.

¶ De Virtutibus Theologicis  
 & Cardinalibus.

**D**ICTO de peccatis, & eorum speciebus  
 circumstantijs, & alijs modis quibus Deum  
 offendimus: Restat aliquid dicere de remedijs  
 contra ipsa peccata, quoniam pertinet etiam ad  
 materiam Confessionis, & Sacramenti pœni-



tentiæ. Et primo de Virtutibus. Est autem Virtus, bona habitudo voluntatis cum intentione.

Dicitur autem virtus, à vi, seu virilitate, quavis intus: vel virilitas intus. Sunt autem Virtutes in duplici genere: quia aliæ sunt Theologales, vel heroice, id est, diuinæ, & illis vtitur ad Deum: aliæ sunt Cardinales, quæ ita dicuntur, quia in illis versatur vita humana, tanquam in cardinalibus, & istis vtitur ad proximum.

¶ Sunt autem Theologales tres, scilicet, Fides, Spes, Charitas. Cardinales autem sunt quatuor, scilicet, Prudètia, Téperátia, Fortitudo, Iustitia.

¶ Est autem Fides, vt in principio diximus substantia rerum sperandarum, & argumentum nõ apparentium.

¶ Spes, est certitudo beatitudinis venturæ, per gratiam Dei, cum bonis operibus.

¶ Charitas, est amor quo Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum. Ex istis procedunt aliæ Virtutes, & generaliter omnia bona opera.

¶ Prudentia, est omnia dirigere, & facere per regulam rationis. Et habet tres filias, scilicet, Intelligentia præsentium, Prouidentia futurorum, Memoria præteritorum.

¶ TEMPERANTIA, moderare appetitum per regulam rationis, & propter hoc à placitis abstinere rebus. Habet etiam tres filias, quæ sunt, Continentia in licitis, Abstinètia

## FLOSCVLVS

Ab illicitis, Modestia in omnibus.

¶ Fortitudo, est propriam vincere voluntatem, per rationem, & aduersa non timere propter eam. Fortitudinis filiae sunt: Magnificentia in operibus, Fiducia in bonis futuris, Patientia in malis praesentibus, Perseuerantia in bonis operibus.

¶ Iustitia, est constans & perpetua voluntas, reddens unicuique quod suum est, Filiae autem Iustitiae sunt: Religio in Deum, Pietas in parentes & proximos, Gratia ad humiles & bonos, Vindicta ad malos, Veritas in promissis, Observantia in debitis.

¶ Dona Spiritus sancti.

Aliud per quod defendimur à peccatis, sunt dona Spiritus sancti, quae sunt septem, De quibus dicitur, Septiformis gratia Dei. Et sunt quae numerat Esaias, scilicet: Spiritus sapientiae & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiae & pietatis: & repleuit eum spiritu timoris Domini.

¶ Sapientia, ad diuina contemplananda. Intellectus, ad nouissima prouidendum, scilicet, die iudicij, poenas inferni, & gloriam paradisi. Consiliū, ad bonum eligendum, & malum reprobandum, & praecauendum. Fortitudo, qua tentationibus, & tribulationibus, & malis cogitationibus resistitur. Scientia, ad se cognoscendum, & Deum, atque eius opera considerandum. Timor, ad malum fugien

# SACRAMENTORVM. 20

fugiehdum, & salutem animæ procurandum.  
Et notandum est, quôd virtutes faciunt homi-  
nem operari rectè, hæc autem dona, expedi-  
quia nescit tarda molimina Spiritus sancti gra-  
tia: Fructus Spiritus sancti, faciunt operari dele-  
ctabiliter: Beatitudines autem perfectè.

¶ Fructus Spiritus sancti.

**S**Vnt etiam duodecim fructus Spiritus sancti,  
scilicet, Caritas, Gaudium, Pax, Patientia,  
Longanimitas, Bonitas, Benignitas, Mansuetu-  
do, Fides, Modestia, Continentia, Castitas.

¶ DE Charitate dictum est. Gaudium, in bo-  
nis operibus, & Dei seruitio. Pax, cum proxi-  
mo. Patientia, in aduersis, Longanimitas, in  
bonis sperandis. Bonitas vitæ. Benignitas, in  
conuersione proximorum, Mansuetudo, in tur-  
bationibus. Fides, quæ est maior quàm fiducia,  
& quasi quædam certitudo, per quam Sancti  
fecerunt miracula: quia de ea dicit Christus.  
Si habueritis tantam fidem sicut gratum  
sinapis, diceptis montibus. &c. Modestia, quæ  
à modo dicitur, & est moderare motum animi  
ab excellentiaper humilitatem, Continentia, in  
desiderijs, & affectibus. Castitas, in corpore &  
mentis integritate,

¶ Beatitudines.

**O**CTO sunt Beatitudines, de quibus Sal-  
uator noster in Euangelio, scilicet, Pau-  
pertas voluntaria: Mititas, in persecutioni-



## FLOSCVLVS

bus & iniurijs: Fletus, peccatorum: Esuries & sitis iustitiæ, scilicet, bene viuendo, & hoc in alijs procurando Misericordia, ad pauperes & egenos in operibus Misericordiæ, de quibus supra: Munditia cordis ad Deum & proximum per bona exempla: Esse pacificus, scilicet, discordias mitigando, & earum causas scindendo, Persecutiones pati propter Christum, non vindicando, nec vindictam desiderando. Et hæc de peccatis & eorum circumstantijs, & etiam de eorum remedijs.

### ¶ De Satisfactione.

**R**estat aliquid dicere de Satisfactione, licet breuiter, quia cùm sit materia latissima, in qua incidunt multa & penè innumerabilia, non possent complecti in hac breuitate. Idcirco solùm dicamus quid Satisfactio sit. Est autè Satisfactio, secundum Thomam, iniuriæ illatæ re compensatio, secundum iustitiæ æqualitatem. Regulare est quòd pœnitentiæ quæ imponuntur pro satisfactione peccatorum, hodie sunt arbitrariæ, & in his permittitur libera potestas Sacerdotibus. Debent autem ipsi prudentes esse in hoc, quia nõ debeat pro grauib<sup>9</sup> leuia imponere, sed attendat ad qualitatem personarum, ad cõpunctionem confitentium, ad quantitates & diuersitates peccatorum, & continuationes per tempora & loca, &c. Debent autè attendere, quia tria genera bonorum sunt nobis à Deo collata, scilicet  
spiritua

spiritualia, corporalia, & bona fortunæ. Et quia cum istis, & circa eâ Deum offendimus, peccata etiam fiant satisfactiões, & iniungantur pœnitentiæ. Quia iuxta D. Gregorium. Cœlestis medicus Dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, claris præciperet humilitatē. Illa peccata quæ sunt spiritualia, vt Superbia, Inuidia, Accidia, &c. delectantur per orationes, sacrificia, & cœtera huiusmodi. Illa autem quæ sunt carnalia, per ieiunia, peregrinationes, & alia afflictiuâ carnis. Illa vero quæ sunt propter temporalia, per eleemosynas, & cœtera talia. Hic esset agendum de restitutione ablatorum, & multiplici rapina. Item de eleemosyna, de oratione, de ieiunio.

¶ De alijs multis quæ pertinent ad materiam Satisfactiōis, non sunt præsentis epilogi, nec breuiter possent complecti, remmittimus ad Doctores de istis latè agentes. Sed hodie sunt istæ materię compilatæ, præsertim in quadam Summa, quæ dicitur Angelica, seu Baptistina Consulerem quòd omnes Curati illam haberēt, quia per illam satis competenter instruerentur in multis difficultatibus, quæ quotidie occurrunt, aut circa ista (cùm eis occurrerit) consulant peritiores. Debent tamen Confessores Pœnitentibus consulere, vt huiusmodi satisfactiões, & pœnitentiâs pro peccatis, studeant in statu

## FLOSCVLVS

gratiæ, & antequàm iterum peccent, adimple-  
 re. Quia postquàm inciderint iterum in Mortali-  
 bus. Doctores dubitat an satisfaciât. Veritas est  
 in hoc, quia in his rebus quæ derelinquunt esse  
 etum post se, bene satisfit in Mortali, vt eleemo-  
 syna, quæ dimittit post se diminutionem patri-  
 monij, vel Ieiunium, quod relinquit post se de-  
 bilitationem corporis. In ratione autem, & alijs  
 huiusmodi, non satisfit in Mortali. Et est notan-  
 dum, quod vt diximus, sunt tria opera satisfacto-  
 ria, scilicet, Oratio, Ieiuniû, & Eleemosyna. Per  
 Ieiunium, intelliguntur omnia carnem affligen-  
 tia, vt macerationes, afflictiones, flagellationes,  
 peregrinationes, &c. Per Eleemosynam, omnia  
 opera Misericordiæ spiritualia. Per Orationem,  
 omnia opera Misericordiæ spiritualia. Item per  
 Ieiunium, ordinatur hōmo ad seipsum, per Elec-  
 mosynam, ad proximum per Orationem ad De-  
 um. Et hæc sufficiant de Satisfactione.

### ¶ De sigillo Confessionis.

**S**Vper est aliquid dicere de sigillo Confessio-  
 nis. Et breuiter sciendum, quod nihil est  
 in humanis, quod magis ad sigillum & secre-  
 tum arctetur, Ratio est, quia ibi nihil dicitur  
 Sacerdos scire vt homo, sed vt Deus. Et  
 propter multa inconuenientia quæ sequerentur,  
 idcirco reuelans Confessionem, deponitur, &  
 recluditur in Monasterio, ad agendum perpetuam  
 penitentiam. Quid autem si excommu-  
 nicetur



nicetur à Prælato, nisi velit reuelare? Dicen-  
 dum, quòd non ligatur: quia vt diximus, vt  
 Deus, & non vt homo: & non curet excommu-  
 nicationem, sed liberè dicat se nescire. Idem  
 si exigatur cum iuramento? Potest iurare se ni-  
 hil scire, & verum iurat, quia nescit vt homo.  
 Si autem sibi detur licentia à Pœnitente vt re-  
 uelet? neque cum hac faciat. Potest autem Pœ-  
 nitens facere, vt ille sciat tanquàm homo, quòd  
 sciebat vt Deus: vt scilicet, dicendo sibi extra  
 Confessionem, & iurare vt alijs dicat, & tunc  
 posset, licet in veritate deberet se excusare, quia  
 posset alios scandalizare, credentes, quòd sciat  
 ex Confessione. Si autem sciat in Confessione  
 aliquod peccatum quod inducit periculum, vt  
 est Hæresis, vel aliquid simile, non potest reue-  
 lare, sed cautè debet admonere Pœnitentes, vel  
 in generali dicere Prælato, quòd vigilet super  
 gregem suum. Si Sacerdos extra Confessionem  
 aliquid sciat, postea sibi in Confessione illud di-  
 catur, Dicendum, quòd celare debet, vt saltem  
 vitet scandalum illud de quo dixi, ne scilicet, alij  
 credant quod reuelat Confessionem. Si autem  
 quærat, quæ sit materia & forma huius Sacra-  
 menti, Dicendum, quòd loco materiæ sunt illæ  
 tres partes Pœnitentiæ de quibus diximus, scilicet,  
 Cordis contritio, Oris confessio, & Operis satis-  
 factio, Forma, sunt verba Sacerdotis, scilicet,  
 Ego te absoluo, &c. Et hæc de materia Confes-  
 sionis

## FLOSCVLVS

tionis, & Sacramēto Pœnitentiæ dicta sufficiat.  
**D**euitamen propter simplices Sacerdotes,  
 qui hoc aliquando ignorant, modum Absolutio  
 nis opponere, qui talis est.

### ¶ Forma Absolutionis.

**F**acto signo Crucis in capite, dicat, Domi  
 nus parcat tibi, Amen. Per asperſionem  
 sanguinis Domini nostri Iesu Christi, & per  
 merita suæ glorioſiſſimæ Paſſionis, & bea  
 tiſſimæ Mariæ matris eius, & beatorum Apo  
 ſtolorum Petri, & Pauli, & omnium Sancto  
 rum. Miſereatur tui omnipotens Deus, & di  
 mitat tibi omnia peccata tua, liberet te ab ôni  
 malo, ſaluet & confirmet in omni opere bono, &  
 perducatur te ad vitam æternam. Amen.

¶ Dominus noster Iesus Christus qui pro te  
 natus & paſſus eſt, per merita suæ ſacraſiſ  
 mæ paſſionis, te abſoluat, & ad gloriam ſem  
 piternam te perducatur. Amen Et ego autho  
 ritate ipſius Domini nostri Iesu Christi, ac  
 eius beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pau  
 li, & Eccleſiæ in hac parte mihi conſeſſa, & qua  
 fungor, te abſoluo ab omni vinculo & ſententia  
 excommunicationis maioris, vel minoris, ſuſpē  
 ſionis, & interdicti, ſi quam vel quas fortè incur  
 riſti, & a participatione cum excommunicatis in  
 quantū poſſum & valeo, & reſtituo te Sacramē  
 tis ſacroſanctæ matris Eccleſiæ, & excōmunica  
 tioni ac participationi & vnitati ſideliū, In nomi  
 ne

# SACRAMENTORVM.

23

ne Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.  
 ¶ Item eadem auctoritate te absoluo ab omni-  
 peccatis, delictis, criminibus, excessibus, & ne-  
 gligentijs tuis, mortalibus & venialibus, mihi  
 confessis, oblitis, negletis, & ignoratis, ac ab  
 omnibus alijs quibuscunq; cum circumstantijs  
 istorum, & illorum de quibus tu libenter confi-  
 tereris, si eorum memoriam haberes. In nomi-  
 ne Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

¶ Omnia bona quæ fecisti, & facere proponis,  
 & quæ per deuotas & religiosas personas pro  
 te facere procurasti, procurabis, & omnia ma-  
 la quæ patienter & iniuste sustinuisti, ac in po-  
 sterum sustinebis, totum id tibi iniungo in pœ-  
 nitentiam, & remissionem omnium peccatorum  
 tuorum, & in augmentum gratiæ, & virtutis, &  
 in acquisitionem vitæ æternæ. Amen.

¶ Sacratissima Passio Domini nostri Iesu  
 Christi, & merita beatissimæ Mariæ virginis  
 matris eius, omniumq; Sanctorum, ac suffra-  
 gia, rationes, indulgentiæ, vigiliæ, ieiunia,  
 elemosynæ, peregrinationes, & abstinentiæ,  
 & disciplinæ quas fecisti, & facies, & quæ  
 fiunt, & fient in futurum in tota militanti Eccle-  
 sia, sint tibi in remissionem omnium peccato-  
 rum tuorum, & in augmentum gratiæ & virtu-  
 tis, & in auxilium & protectionem tuam, ad fœ-  
 licitatem æternæ gloriæ consequendam, & sup-  
 pleant quod necessarium est. Amen. *Vade in*  
 pace



## FLOSCVLVS

pace, & amplius noli peccare. In nomine Pa-  
tris & Filij, & Spiritus sancti. Amen; Et bene-  
dictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spi-  
ritus sancti descendat super te, & Angelus bonus  
semper sit tecum. Amen.

¶ Scias tu Sacerdos, quod teneris orare pro  
consistentibus tibi?

¶ De Sacramento Eucharistiæ.



**D**e venerabili Eucharistiæ Sacramen-  
to, nihil à nobis dici potest quod  
sufficiat, sed nec etiam à toto mun-  
do. Est enim ibi virtus ineffabilis,  
quæ neq; humanis vocibus expri-  
mi potest, etiam si omnia membra humana ver-  
terentur in linguas. Tunc enim tantorum mysterio-  
rum secreta perfectè capiemus, cum reuelata facie vi-  
debimus Deum sicuti est, ut dicit Apostolus. Sed  
ne arguamur ibi nihil dicere ubi maior affluit  
copia dicendorum, breuiter, ut professi sumus, di-  
camus quid sit Eucharistia, Dicendum quod est co-  
secratio corporis & sanguinis Iesu Christi sub  
speciebus panis, & vini, virtute verborum à Sa-  
cerdote prolatorum. Notatur in hac diffinitione  
materia, forma, & intentio, quæ requiruntur in  
hoc Sacramento, ac etiam Minister, qui est Sacer-  
dos ritè & legitime ordinatus. Et notandum, quod  
hoc Sacramentum diuersi modè à fidelibus nun-  
cupatur, Vno modo Eucharistia, ab eo, quod est  
bonum

bonum, & charis quod est gratia, quasi bona gratia. Vel dicitur Missa, quia ibi hostia pacifica quæ nos reconciliauit Deo, scilicet, Christus Iesus, imittitur ad Patrem, pro salute viuorum & mortuorum. Dicitur etiam viaticum, quia cibus est viatorum in vita spirituali ad eius refectionem. Alijs etiam diuersis nominibus nominatur, secundum diuersas significaciones: vt, Communio, a con quod est simul, & vnio, vnionis, quia est vnio fidelium, &c.

¶ De Materia.

Circa Materiam autem huius Sacramenti dicendum est quod est panis & vinum, panis, scilicet, triticeus, non ex milio, aut ordeo, vel alio quocunq; grano, sed tantum ex tritico. Et panis debet confici cum aqua elementali tantum, & non cum aqua artificiali, vel alia quacunq;. Quid autem si cum tritico sit admixta aliqua alia materia? Dicendum, quod non noceret, nisi tanta esset admixtio, quod mutaret naturam tritici. Posset etiam confici & consecrari in fermento, licet peccaret Clericus Latinus. Secus de Græcis, qui consecrant in fermento. Et norandum, quod non debet poni sal in tali pane consecrando. De vino etiam dicendum est, quod debet esse ex vite: non vinum pomorum, vel granatorum, aut aliud simile: nec etiam, in aceto, vel agrestu, & intellige de aceto, quod omnino sit acetu. Bene tamen in viuo acetofo, aut quod iam incipit

corrum.

## FLOSCVLVIS

corrumpi, dum tamen nō sit omnino corruptū,  
 licet melius esset quærere aliud, si possit haberi.  
 Et debet cum vino in Calice misceri modicum  
 aquæ, & ita modicum, quod facile conuertatur  
 in vinum: quia vinum propriè est materia san-  
 guinis, & aqua non est de substantia Sacramen-  
 ti, sed ponitur, quoniam simul cum sanguine  
 exiit de latere Christi, vel quia significat vnio-  
 nem fidelium ad Christum. Cum vino aqua  
 to in dolio posset celebrari, & si cum tali vi-  
 no celebraretur, nihil ominis infundi debet  
 aqua, sed melius est quærere aliud. Cum mu-  
 sto posset celebrari, sed non debet fieri, donec sit  
 bene defæcatum, nec cum expresso ex racemo.  
 Quare autem fuit institutum Sacramentū istud  
 in his duabus speciebus? Ratio est, quia effe-  
 ctus corporalis vtriusq; maximè conuenit huic  
 Sacramento. Nam panis confortat, & vinum læ-  
 tificat, vt dicit Propheta, Panis cor hominis cō-  
 firmat, & Vinum lætificat cor hominis. Ita facit  
 Sacramentum istud in vita spirituali. Alias ra-  
 tiones ponunt Doctores ad quos remitto. Et  
 etiam Christus semet ipsum grano frumenti  
 comparauit, dicens. Ioan. 12. Nisi granum fru-  
 menti cadens in terram, &c. Et viti, dicens,  
 Ego sum vitis vera. Ioan. 15. An Sacerdos pos-  
 set consecrare in quacunque quantitate harum  
 specierum? Dicendum est breuiter, quòd sic: sed  
 talis grauissimè puniendus esset, Nam solum  
 debet



debet consecrare quantum sufficit sibi & populo, secundum numerum sumentium, vel fir-  
morum, & non plus.

¶ De forma Eucharistiæ.

**D**E forma autem huius Sacramenti dicendum est, quod consistit in verbis certis & determinatis, ut in alijs Sacramētis, quorum forma sunt verba. Vnde sciendum, quod in Missa aliqua sunt de solennitate tantum, ut est: Gloria in excelsis, Prosa, & Credo, &c. talia, & ista aliquando dimittuntur: Aliqua sunt de necessitate præcepti, ut sunt illa quæ Petrus Apostolus & alij successores sui summi Pontifices instituerunt: ut est, Præfatio, Sanctus, Pater noster, & Canon Missæ. Et ista non possunt in totum vel in partem dimitti, sine grauisimo peccato & pæna, tamen conficeret & consecraret omittens, cū verbis Sacramentalib⁹, & alijs requisitis, scilicet, materia, & intentione. Alia sunt de necessitate Sacramenti, & sine illis nihil fieret: ut sunt, illa verba quæ Christus dixit in consecratione sui corporis & sanguinis, quando istud Sacramentū instituit: quia in his verbis consistit forma, & ut dicit Philosophus: Forma dat esse rei. Verba autem formalia in consecratione corporis sunt hæc. Hoc est enim corpus meum. Ista dictio enim, non est de necessitate Sacramenti, tamen peccaret omittens, licet cōsecraret. An debeant præcedere aliqua alia verba? Aliqui dicūt, quod

## FLOSCVLVS

sic, de necessitate, sed verum est illud de necessi-  
 tate præcepti, non de necessitate Sacramenti.  
 Si aliquid aliud dimittatur, nõ est sacramentum.  
 Si vero corrumpantur verba, quia forte sit balbi-  
 tiens, vel aliàs: bene consecraret. Item debent  
 dici verba sine intervallo, & simul. Qui aliud co-  
 gitat dum dicit verba, nihilominus consecraret,  
 debet tamen attentissimus esse quantum fert hu-  
 manitas. Et hæc omnia etiam intelligenda sunt  
 in consecratione sanguinis, cuius verba forma-  
 lia sunt. Hic est enim Calix sanguinis mei novi &  
 æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis  
 & pro multis effundetur in remissione in pecca-  
 torum. Quid si aliquid horum dimittatur? Ali-  
 qui dixerunt quòd solũ de necessitate sacramen-  
 ti sunt illa verba. Hic est Calix sanguinis mei: &  
 quòd alia verba sunt de necessitate præcepti, &  
 licet dimitterentur cũ grauissimo peccato: ni-  
 hilominus conficeret omittens. Verior tamen  
 opinio & securior est sancti Thomæ & aliorum  
 quòd non esset sacramentum, si aliquid horum  
 omitteretur, licet posset dici de dictione enim,  
 idem quod supra. Notandum etiam, quòd licet  
 virtute verborum formæ consecrationis corpo-  
 ris, sub specie panis, sit tantum corpus Christi,  
 & virtute verborum formæ consecrationis  
 sanguinis, sub specie vini, sit tantum sanguis  
**CHRISTI:** tamẽ ex quadam naturali conco-  
 mitantia, sub qualibet specie, est totus Christus

verus Deus & verus homo. Ita enim dicit Beose  
huius festiuitatis. Caro cibis, sanguis potus, na  
per tamen Christus totus, sub vtraque specie. Et  
hæc de forma.

¶ De intentione.

Circa intentionem autem etiam scire oportet, quod Consecrans debet habere intentionem consecrandi, eo modo quo Christus consecrauit, & in sua Ecclesia obseruatur & consecratur: alias sine intentione nihil fierat. Neque est necessaria actualis intentio, dum verba dicuntur vt prædixi: quia licet tunc aliud cogitet, nihilominus dicitur intentionem habere, si à principio habuit. Dubitatur autem circa intentionem. Si Sacerdos crederet duodecim hostias ibi esse, cum sint tredecim: an sint omnes tredecim consecratæ, vel tantum duodecim? Dicendum, quod si præcisè intendebat cōsecrare duodecim: aut illa alia potest cognosci & tunc duodecim sūt consecratæ, & illa non: aut non potest cognosci, & tunc nulla est cōsecrata, propter defectū intentionis, quæ non potest discerni, quia non consecratur nisi Hostiæ & vinum, de quibus est determinata intentio: & ista talis intentio confusa nihil operatur. Si tamē intēdebat cōsecrare totum quod erat ante se, licet crederet esse duodecim, & sunt tredecim, vel plures: omnes sunt cōsecratæ. Et ita debet facere Sacerdos, non determinare numerum: quia posset esse hoc periculum.



# FLOSCVVS

## ¶ De Ministro.

**D**e Ministro autem huius Sacramenti, diximus, quòd debet esse Sacerdos ritè & legitime ordinatus. Dico autem, ritè & legitime vt scilicet sit ordinatus ab Episcopo, quia alius ordinare non potest: & quòd talis Episcopus habeat intentionem ordinandi, quia est de substantia Ordinis. Item quòd nihil deficiat in tali ordinatione, ex his quæ sunt de substantia Ordinis vt vnctio manuum, traditio Calicis, verba formalia, &c. Quia si aliquid horum deesset: talis non esset Sacerdos, neque posset consecrare. De Sacerdote autem hæretico, schismatico, vel degradato: si habuerit intentionem Ecclesiæ, certum est quod consecraret, sed adderet sibi maximam damnationem. Idem si existeret in peccato mortali, de quo non pœnituit, vel si est in affectu vel proposito peccandi. Quid autem si volens celebrare, conteritur de peccato, sed non habet copiam Sacerdotis? Dicendum, quòd si talis celebratio est necessaria, vt, ad communicandum infirmum qui timetur mori, vel scandalizaretur populus si dimitteret Missam, vel iam Missam inceptit, & cætera huiusmodi. Conteratur iste talis quantum potest, & quàm citius poterit, confiteatur post Missam, & securè celebret. Itè Sacerdos, pro sustentatione sua, vel ratione elemosynæ, potest pecunias accipere, non autem pro Missa, quasi illam præcio æstimans, quia

pecca

peccaret mortaliter. Qui man<sup>9</sup> habet tremolās celebrare non debet: nec qui patitur morbum caducum, aut dilucida interualla, aut cæcutiens notabiliter, ita quod sit periculum vel scandalum. Notandum est, quod ita conficit malus Sacerdos, sicut bonus, quia facit nomine Ecclesię: tamen non ita meritoriē & acceptabiliter Deo, pro se, & alijs, melius tamen est audire Missam boni Sacerdotis, quàm mali, & idem recipere Sacramenta. Sed quia periculum est in iudicando, ideo laici non multum debent instare in hoc. Satis est scire, quod Missę, & omnia quę sunt nomine Ecclesię, profunt viuis & defunctis. Illa autem quę sunt nomine proprio, non profunt existentibus in Purgatorio, nisi faciens sit extra peccatum, & in charitate.

¶ Item scias, quod semper Clericus celebras, debet communicare. Sacerdos nõ debet prohibere à cõmunionem occultum peccatorem, saltē in publico. E nullo modo conferat hostiam nõ consecratam: quia hoc pro nulla causa posset licere. Qui est celebraturus, debet se præparare ad tantum officium: discutere primò cõscientiã, quia vt dicit Apostol<sup>9</sup>. Probet autē seipsum homo. & eam mūdare per Confessionē. Quid si deglutiat, se lauando, guttas aquę? Dicendum, quod si nõ fecit scienter, & sint in parua quantitate, potest celebrare. Secus si sumpsit medicina, quia istud fuit per modum cibi aut potus. Nunquam sine

## FLO'S CVLVS

ministro debet quis celebrare. Et sciendū, quod si prius est pullutionem nocturnā, illud potuit esse sine peccato, vel cum eo, quia præcelsit inebriatio, vel sordida cogitatio, aut aliquid huiusmodi: & tamen omnino aut de necessitate, vel de honestate, in vtroque casu impeditur celebratio illa die: nisi esset necessitas, aut scandalum, vt dixi: quia esset Missa popularis.

¶ De loco, & hora Missæ.

**Q**VA hora, & vbi Missa celebrari debet? Dicendum, quod regulariter in Ecclesia & non alibi, nisi ex dispensatione Apostolica vel Episcopali, Et celebratur à prima luce vsq; ad horam nonam, in qua Christus expirauit. Quotidie autem celebratur Missa, propter multas rationes quas assignant Doctores, nisi in die Parasceues. Debet autem celebrari super tabulam lapideam consecratam, quæ est Ara, non fracta, non rasa, nec in aliquo defectuosa, & super panno lineo, non contexto ex serico, vel alia materia: quia significat linteam vel sindonem quo fuit inuolutum corpus Iesu.

¶ CALIX etiam non debet esse vitreus, vel ligneus, aut cupreus: sed solum ex auro, vel argento, aut stagno. In nauis non licet Missam celebrare, neq; in Ecclesia polluta sanguinis vel seminis effusione, & qui scienter celebraret, gravissimè peccaret. Item neque coram excommunicatis, vel alijs prohibitis personis. Non debet

dici



# SACRAMENTORVM. 18.

dici Missa ante Matutinum, & Primam recitata-  
tam, Sacerdos vnā tantum Missam in die cele-  
brare debet. Sunt tamen aliquæ causæ, propter  
quas duas Missas celebrare potest: vt, si tenetur  
seruire duabus Ecclesijs cōtiguīs, vt permittunt  
iura, vel, si mortuus est aliquis post Missam, vel,  
si est aliquo in periculo mortis, & nō habet Ho-  
stia cōsecratam. Sed cū duas est dicturus: non  
perfundat post cōmunionem, id est, nō faciat ab-  
lutionem. Missa incepta nullo modo dimitta-  
tur. De forma autem & ritu celebrandi Missam,  
& cur vnum quodq; in ea agatur, & quid signifi-  
cet, esset longa materia, remitto ad Sacramenta-  
le, & Doctores, quide is latè scribunt.

¶ Quibus debet dari hoc Sacramentum.

**N**OTANDVM est autem circa sumptio-  
nem huius sacramenti, quōd quidam su-  
munt illud corporaliter tantum, vt infidelis,  
vel bestia aliqua, si (quod absit) assumeret.  
Quidam autem spiritualiter tantum, vt deuo-  
tus fidelis, Missam in statu gratiæ audiens. De  
quo intelligitur illud D. Augustini: Crede, &  
manducasti, scilicet, per deuotam adoratio-  
nem. Quidam etiam sumunt sacramentaliter &  
corporaliter, non autem spiritualiter, vt, falsi  
Christiani. Quidam etiam corporaliter, sacra-  
mentaliter, & spiritualiter simul, vt sunt boni  
Christiani, qui in fide & charitate comunicāt,  
ex cuius perceptione multa bona suscipiunt.

## FLOSCVLVS

Requiritur autem ad debitam sumptionem huius Sacramenti, munditia corporalis, eleuatio mentis ad Deum, & immunitas à peccato Mortali. Qui enim cum peccato accipit, iudicium sibi manducat & bibit. Debet autem sumi à ieiunis, ieiunio naturæ. Est enim duplex ieiunium, scilicet, naturæ, quod soluitur per quamcunque sumptionem cibi aut potus, vel medicinæ: Ieiunium autem Ecclesiæ non soluitur nisi per comestionem, vel potum, in modum cibi aut potus: vna tantum comestione excepta, cum qua non dicitur solui. Ad sumptionem autem Sacramenti, debet esse ieiuniū naturæ. Sed illud non est intelligendum de infirmis, quia, necessitas non habet legem. Et ieiunius etiam dicitur, qui transglutit aliquid de reliquijs remanentibus inter dentes, quia illud transiit per modum saliuæ. Item Sacramentum istud non debet dari pueris ante vsum rationis, scilicet, ante decimum quartum annum, vt in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissi. Si autem est prope illos annos, & videtur habere vsum rationis, arbitrium est. Non datur amentibus neque phreneticis, dæmoniaticis, si habēt vsum discretionis, debet dari. Non communicant laici sub vtraque specie, propter aliquas rationes quas ponūt Doctores, specialiter vt intelligant, quia sub qualibet specie est verus Deus, & verus homo. Item propter periculum effusionis sanguinis,

nis, Histrionibus, & Minis non debet dari illud Sacramentum. Damnatis ad mortem potest dari, illa tamen die non debet occidi. Pugnantibus in duello, id est, in bello duorum, ex mandato Superioris, potest dari, alias non. Post octo dies non debent Hostiæ consecratæ seruari neque aliquibus dari, sed debet sumere Sacerdos & renouare.

¶ De defectibus, quæ in Missa  
occurrere possunt.

POSSUNT etiam defectus in Missa accidere, ante consecrationem, vel post, aut in ipsa consecratione. Ante consecrationem autem, ut si Minister, vel ipse sacerdos, credens ponere vinum, apposuit aquam. Dicendum, quod sacerdos hoc percepit aut ante consecrationem, aut post. Si ante, effundat, & iterum ponat, ut decet. Si post consecrationem Hostiæ inuenerit non apposuisse vinum ponat, & dicat. Simili modo, &c. Si autem post consecrationem sanguinis, inuenerit totum esse aquam, proijciat secrete quantum potest, & iterum ponat vinum & aquam, & dicat. Simili modo, &c. Si autem post summptionem Hostiæ iterum ponat aliam, & redeat ad totam consecrationem, & postea sumat omnia. Si autem reperiat post consecrationem sanguinis, non apposuisse aquam dimittat, & non curet quia ut diximus, aqua non est de substantia Sacramenti. Si sacerdos propter infirmitatem, vel



## FLOSCVLVS

mortem superuenientem, Missam perficere nō potest, si fuit ante consecrationem, totum dimittatur, si autem post, alter Sacerdos, prosequatur a loco quo ille dimisit, & si nescitur, suscipiat à principio. Si celebrans inuaditur ab inimico, potest dimittere, & se defendere, Quod si, se defendendo, occidat, potest nihilominus ad Missam redire, & perficere. Si aranea, vel venenum cadat in Calicem ante consecrationē, effundat, & iterum ponat. Si verò post consecrationem, cum veneno, vel aranea non debet sumere, quia sacrificium vitæ non debet dare causam mortis, sed ponatur in sacrario, & iterū suppleat modo prædicto.

¶ Si autem cadat musca, vel aliud simile, capiatur, si fieri potest, & comburatur, & cinis ponatur in sacrario, Quod autem in Calice est, sumi debet, cum fieri possit sine periculo. Si sanguis cadat extra Calicem, sacerdos fugat, & si est in tabula, vel in lapide, radatur, & puluis seruetur, Si cadat in sindone, ter lauetur, & bibat Sacerdos, vel ponatur in Baptisterio Ecclesiæ, & lintheum, in quo cecidit, scindatur & comburatur, & puluis seruetur. Si totus sanguis ex Calice effundatur, suppleri debet iterum, vt dictum est, & pæniteat sacerdos, quadraginta diebus, si sanguis cecidit extra altare, si autem super altare, tribus diebus pæniteat. Si mus comedat corpus CHRISTI, capiatur, si fieri potest,


test, & comburatur, & cinis seruetur, vt dictum est. Si Hostia putrefiat, seruetur etiam vicario, & Sacerdos pœniteat quadraginta diebus, quia renouari debuit post octo dies, vt diximus. Si Hostia cadat in sanguinem, nihil suppleatur, quia nō est necesse, sed sumatur suo loco vbi cōsuevit sumi, fractiones enim & signa nō sunt de substantia. Si sanguis gelu congeletur, calefiat in aqua calida. Si euomuerit quis Eucharistiā, vomitus comburatur, & in altari condatur, & vomens pœniteat quadraginta diebus, si est sacerdos, & fuit in aliqua culpa, si laicus, septem diebus pœniteat. Ista pœnitentia, secundum aliquos, est ieiunium in pane & aqua, sed credo, quōd sit arbitrarium. Si celebrati sanguis ē nari bus exierit, vel vomitus superuenerit, expediet donec impedimētum cesset, & postea prosequatur. Si sacerdos dubitet, an aliquid omisit de Canone, si probabilis non est dubitatio, non curet, quia non possumus de omnibus tenere memoria. Si autem probabiliter dubitet, suppleat, & maximē in verbis formalibus cōsecrationis, sed propter leuem & scrupulosam conscientiam nō debet quis turbari. Et hæc breuiter de his defectibus, & alijs similibus, dicta sufficiant.

¶ De vestibus autem sacerdotalibus, quōd benedici debent, quot sunt, & quid significant, nō videtur nimis necessarium, ideo dimitto.

¶ PRACTICA autē portandi & reducendi

Sacramentum hoc ad infirmos, quod debet fieri cum Hostia consecrata, vel particula eius, in vase mundo, ponitur late in Sacramentali ad quod remitto. Et hæc de Eucharistiæ Sacramento dicta breuissimè sint, vt ex paucis multa atque maxima cogitetis.

¶ De Confirmatione.

 Eniamus iam tandem ad alia quatuor sacramenta, de quibus, vt prædiximus, breuius agemus. Et primo de Sacramento Cõfirmationis, quid sit, Dicendum est, quòd est gratia Dei quæ datur confirmato, ad docèdum & patiendum pro Christo. Dicitur autem à non, & firmo, as. Vel aliter diffinitur. Cõfirmatio est cõsignatio facta cū chrismate ab Episcopo, in fronte baptizati, sub forma verborum, ad confitendum audacter nomen Christi.

¶ Requiritur autem in hoc Sacramento, vt in alijs, materia, forma, & intentio.

¶ Materia autem, est oleum oliuarum & balsamus. Oleum autem, quia est nutrimentum luminis & propter alia quæ significat. Balsam⁹, propter fragrantiam odoris, quod vtrumq; conuenit Cõfirmationi, Ex his enim cõficitur Chrisma quod est materia.

¶ Forma autem cõsistit in verbis, scilicet, Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis, In nomine patris, &c.

Inten



¶ Intentio debet esse ex parte Ministri, vt inten-  
dant confirmare in forma Ecclesiæ.

¶ Minister huius Sacramenti, est solus Episcopus  
Causa huius est, quia sicut in temporalibus solus  
Princeps ordinat milites, ita in vita spirituali, so-  
lus Princeps Ecclesiæ, qui est Episcopus, ordinat  
milites Christi, qui pro ei<sup>9</sup> nomine patiatur mor-  
tem, si necesse sit, tamen ex cōmissione Dñi Pape  
posset simplex Sacerdos cōfirmare, nō tamē hoc  
consuevit cōmittere. Suscipitū<sup>r</sup> autem hoc Sa-  
cramentum à quibuscunq; indifferenter, pueris,  
scilicet, post septennium, & senibus viris, & mu-  
lieribus. Et licet sine ipso posset quis saluari, ta-  
men is qui ex cōtemptu, vel notabili negligentia  
dimitteret, peccaret mortaliter. Ideo Curati mo-  
nere debēt Parrochianos suos, vt quādo Episco-  
pus est in Parrochia recipiāt, & recipi faciāt per  
filios suos Sacramentum istud. Confertur enim  
in eo gratia, & collata, augetur. Impritur in ea  
Character, vt diximus, ideo non potest iterari.  
Patrini interuenire debēt, qui quasi pro eo fidē  
iuant. Et contrahitur compaternitas. Potest  
etiam nomen mutari, quia iam nouus homo cō-  
setur, Et hæc sufficiant de Confirmatione.

¶ De Ordine.



R D O, est signaculum quod-  
dam, quo spiritualis potestas,  
vel officium tribuitur ordina-  
to. Sunt autem Ordines nouem,  
secum

## FLOSCVLVS

secundum Canonistas, vt correspondeant no-  
 uem ordinibus Angelorum, secundum Theo-  
 logos verò, septem, quia septiformis est gratia  
 Dei. Sunt autem sequentes, scilicet. Psalmista-  
 tus, Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Aco-  
 lytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyte-  
 ratus, Episcopatus. Secundo Theologos, Psal-  
 mistatus non est Ordo, & credo quòd bene di-  
 cant, Nam Psalmistatus minus est quam prima  
 tonsura, & tamen illa rō est Ordo, sed dispositio  
 ad Ordines, nec in ea imprimitor Character.  
 Idē dicunt de Episcopatu, quòd non est Ordo,  
 sed culmen dignitatis, remitto ad rationes vtro-  
 rumq; Horum Ordinum quidam sunt minores,  
 quidam maiores & sacri. Minores sunt, Ostia-  
 riatu, Lectoratu, Exorcistatu, Acolytatu.  
 Maiores autem sunt illi tres sacri, scilicet, Sub-  
 diaconatu, Diaconatu, Presbyteratu. Isto-  
 rum Ordinum officia sunt quòd Ostiarij, est ad-  
 mittere fideles ad Ecclesiam, & excludere infide-  
 les, excommunicatos, & alios quidimitti non  
 debent ad diuina. Lectores est legere Prophe-  
 cias, & sub isto includitur Psalmistatus, secun-  
 dum Theologos, & bene quidē meo iudicio. Ex-  
 orcista expellit Demones, per coniurationes, &  
 adiurationes. Istorum etiam est benedicere no-  
 uos fructus, vites, & alia huiusmodi. Acolytus,  
 Græcè, dicitur ceriferarius qui fert candela-  
 bra, Debet etiam parare materias ex quibus

## SACRAMENTORVM 32

conficitur corpus Christi, Ideo in ordinatione  
 sua datur sibi ampulla, Subdiaconus, Græce,  
 dicitur inferior minister. Nam Diaconus, dicitur  
 minister. Ad Subdiaconum pertinet lege-  
 re Epistolam in apparatu, facit votum con-  
 tinentiæ solenne indispensabile, Item bebet  
 recipere oblationes fidelium, & eas dividere sin-  
 gulis sacerdotibus & ministris, Diaconi, est le-  
 gere Euangelium in apparatu. Potest etiam pro-  
 ponere verbum Dei, & prædicare populo. Sa-  
 cerdotis, est consecrare corpus & sanguinem  
 Christi, absoluerè à peccatis. Dicitur autem  
 sacerdos, quasi, sacer dux, vel sacra dans. Aliter  
 nominatur Presbyter, id est, antiquus vel senex,  
 non propter ætatem, sed propter maturitatem  
 vitæ & morum. Quomodo & quando, & per  
 quos actus imprimitur Character in quolibet  
 Ordine, remitto ad Episcopos qui in hoc maxi-  
 mè instructi esse debent. Materia in hoc sacra-  
 mēto est vñctio in Presbyteris, cū traditione  
 Calicis, in alijs autē traditio instrumētōrū. For-  
 ma, sunt verba quæ Episcopus dicit ad quolibet  
 Ordinem. Intentio debet esse, ordinare tales, in  
 forma Ecclesiæ, ad officium sibi deputatum. Et  
 debent dici verba simul cum actu. In quolibet  
 Ordine imprimitur Character, neq; præsuppo-  
 nit Characterem alterius Ordinis.

**REQUIRENTVR** in Clerico ordina-  
 do multa, Primo, quod sit natus ex legitimo



## FLOSCVLVS

Matrimonio, nō seruus, nō bigamus, nō corpore uiciatus, &c. Et hæc de Ordine sufficiant.

### ¶ De Matrimonio.



VIA Spōsalia præcedunt Matrimonium, idcirco de illis dicemus. Sūt autem Sponsalia futurarum nuptiarū promissio. Dicitur autē à spōdeo, id est, promitto. Cōtrahuntur autē per verba de futuro, dicendo. Ego te accipiā in meā. Nam si verba essent de præseti, Matrimonium est, non Sponsalia. Possunt autem contrahi Spōsalia post septennium, Et notādum, quòd ante decimum quartum annū in viro, & duodecimū in muliere, etiā si tales per verba de præseti cōtrahant, semper sunt Spōsalia de futuro, etiā si alter sit in ætate legitima. Soluūtur autem Spōsalia multis modis. Primo, per ingressum Religionis & isto modo etiam soluūtur Spōsalia de præseti non consummata per copulam carnalem. Itē per adulterium alterius, per infirmitatem lepræ, vel aliam quæ deformitatem inducat, per dissensum alterius, cū ad legitimam ætatē peruenit, per contractum per verba de præseti.

¶ Circa Matrimonium autem, dicendum, quod Matrimonium est coniunctio maris & femine, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Aliæ definitiones assignantur, sed hæc sufficit.

¶ Dicitur autem Matrimonium, a matre, & munio,

munio, id est, officio. Nam ostenditur magis  
 Matrimonium in officio matris, quam patris,  
 propter partum & nutritionem filiorum: ideo  
 non dicitur à patre. Verba Matrimonij de pre-  
 senti sunt. Ego te accipio in meum: & Ego te  
 in meam. Vel si per alium dicantur, sufficit ad  
 illa respondere per verbum si, vel per aliud  
 consensum exprimens, vel per signum, si est mu-  
 tus, vel surdus. Institutum fuit Matrimonium  
 in paradisi terrestri. Differunt Doctores per quæ  
 verba: sed non est magna vis in hoc. Aliqui di-  
 cunt, quòd per illa verba Dei dicentis: Crescite,  
 & multiplicamini, &c. vel quando Adam dixit:  
 Hoc nunc os ex ossib<sup>9</sup> meis, & caro de carne mea  
 & Propter hoc relinquet homo patrem & ma-  
 trem, &c. Propter quatuor causas institutum  
 fuit Matrimonium, scilicet, propter generatio-  
 nem, propter societatem, propter remedium, &  
 propter significationem.

¶ Contrahere autem Matrimonium omnes pos-  
 sunt, qui expresse non prohibentur. Sunt au-  
 tem aliqui prohibiti contrahere, vt dicemus.  
 Bona Matrimonij sunt tria, scilicet, fides, pro-  
 les, & sacramentum. Fides, id est, fidelitas ex  
 parte vtriusq; in continentia seruanda. Matri-  
 monia autem & Sponsalia debent esse publica,  
 non clandestina, propter multa inconuenientia  
 quæ sequi possunt. In hac Burg<sup>n</sup>. diocesi  
 sunt Constitutiones Synodales, cum penarum

## FLOSCVLVS

appositione. Idcirco Sacerdotes sint prouidi  
in hoc, vt talia clandestina Matrimonia prohi  
beant, nec illis intersint.

¶ *Ætas ad Matrimonium vel spōsalia de præ  
senti, est quatuordecim annorum in viro, & duo  
decim in muliere. Et est necesse quòd anni præ  
dicti sint perfecti, non enim sufficit quòd annus  
decimusquartus, vel duodecimus, sit inceptus,  
vel mediatus, sed quòd sit perfectus. Mutus,  
surdus, cæcus, & stultus per dilucida intervalla,  
possunt contrahere Matrimonium, per signa, &  
notus exprimentia consensum.*

¶ *Item absentes: per Procuratores: Sed est spe  
ciale in hoc, quòd Procurator ad hoc datus po  
test reuocari, sine eo quòd patri vel Procuratori  
notificetur. Et post reuocationē, nō valet gestū  
per talē Procuratorē, licet ipse vel pars nō sit cer  
tificata. Forma autē qua dantur benedictiones  
nubentibus, habetur in Missali. Quid autē vnū  
quodq; significet, & quid annulus, & quid arrhe,  
&c. remitto ad Sacramentale. Contrahentes se  
cundas nuptias, non debent benedici. Sanctus  
Thomas tamen dicit, quòd si mulier est virgo,  
vel in possessione virginitatis, debet benedici.*

¶ *Impedimenta quæ impediunt Matrimonium  
contrahendum, & dirimunt contractum, con  
tinentur his versibus.*

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,  
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamē, honestas,  
Sensus.*



Sensus, & affinis, si fortè coire nequibus.

Hęc socianda vetat connubia iuncta retractat,  
 ¶ Error, scilicet, personæ. Conditio, scilicet, si  
 est seruus. Votum, scilicet, solenne. Et sunt duo  
 tantū, scilicet, professio in religione, & sacri Or  
 dinis susceptio. Cognatio, quæ contrahitur in  
 Baptismo vel Cōfirmatione. Crimen, nā aliqua  
 crimina sunt quę impediūt Matrimoniu. Cultus  
 disparitas, quia si est infidelis. Vis, quia si vio  
 lenter, & per timorem contraxit. Ordo, iā dixi.  
 Ligamen, quia si habet aliā vxorem, vel spōsam.  
 Honestas, quia ex Sponsalibus de futuro, oritur  
 vt frater nō contrahat cū sponsa fratris. Sensus,  
 si est stultus. Affinis, quia affinitas cōtrahitur cū  
 consanguineis coniugum. Si fortè coire nequi  
 bis, quia si est impotens. Dicere autē magis ex  
 plicitē per singula, esset longū: remitto ad sacra  
 mentale, qui satis bene differit de singulis, & nos  
 vna voce diffusius dicemus in Visitationib⁹, do  
 nante Domino. Et hęc de Matrimonio suffi  
 ciant.

¶ De Extrema Vnctiohe.



Extrema Vnctio, est consignatio cor  
 poralis cum oleo infirmorū a Sacer  
 dote facta, sub forma verborū in lo  
 cis determinatis, cū qua spiritualis &  
 corporalis sanitas reparatur: vel secundum  
 Scotum, est Vnctio infirmi hominis facta in par  
 tibus determinatis corporis, cum oleo ab Epif.

## FLOSCVLVS

copo consecrato, & certis verbis à Sacerdote cū  
 debita intentione prolatis. Dicitur autem Ex-  
 trema vnctio, quia is extremis laborantibus da-  
 tur. Materia est oleum oliuarum sine balsamo,  
 ab Episcopo consecratum, quod dicitur Oleum  
 infirmorum. Forma sunt verba, & inunctio in  
 locis certis. quæ simul cū verbis fit. Verba sunt:  
 Per istam sanctam Vnctionem, & suam pijsi-  
 mam misericordiam, indulgeat tibi Deus quic-  
 quid peccasti per visum, per auditum, &c. Diffe-  
 runt verba ista ab alijs aliorum Sacramentorū.  
 Nam alia sunt Indicatiui modi: ista autem Opta-  
 tiui, per modum orationis. Ratio est, quia ijs qui  
 sunt in recessu, optatur salus spiritualis. Inten-  
 tio debet esse ex parte vtriusq; , scilicet, dantis &  
 recipientis istud Sacramentum. Minister, est so-  
 lus Sacerdos: nec alius potest inungere infir-  
 mos, iuxta verbum Diui Iacobi Apostoli, dicen-  
 tis, Inducant Presbyteros, &c. Debet fieri in  
 certis locis, vt diximus, scilicet, in locis depota-  
 tis sensibus corporis, vt in oculis, auribus, nari-  
 bus, &c. Item in lumbis & pedibus, de consue-  
 tudine, sed non est de substantia. Et notandum  
 quòd manus Sacerdotū infirmorum non debent  
 inungi intus sed extra, propter reuerētiam Epif-  
 copi qui primo vnxit, & quia nō est necesse, cū  
 iam vnctæ sint. Datur autem hoc Sacramen-  
 tum omnibus non prohibitis, infra annos discre-  
 tionis, vel circa, si sunt prudentes, quòd est ar-

bitra

bitrarium, Prohibentur autem ab hoc Sacramēto stulti, phrenetici, &c. nisi aurē deuotē petiissent. Prohibētur etiam intrantes bellum, vel mare: quia in istis non dum deficit virtus corporalis. Idem in ijs qui à iudice occiduntur. Semel in vno anno debet dari, & non plures, quia licet sit Sacramentum iterabile: non tamen eodem anno. Et si euaserit inunctus, debet lauari, & lotio mittatur in ignem. Si sacerdos ministrans hoc Sacramentum, moriatur, suppleat alter, nō tamen iterando quod factum est. Forma ducēdi ad infirmū, habetur in Missali. Quatuor facit hoc Sacramētū. Dat salutem spiritualem, linit maculas peccatorū, dat salutē corporalē, si expedit animē: delet peccata oblita & venialia. Et hæc de Sacramento Extreme Vnctionis, & sic sit finis nostri libelli. Laus detur Deo.

¶ Per Oratio.

**T**Empus & res admonent, amantissimi fratres, vt iam receptui canamus: longius enim quam credideram, euagata est oratio nostra: sed spero operæ præcium futurum, si ista vos eo animo receperitis, quo a nobis offeruntur. Breuissimè siquidem coarctata est tota ratio nostræ sollicitudinis, quæ circa Sacramentorum administrationem præcipuè versatur. His itaq; paucissimis chartulis continetur. Vnde nemo iam post hac accusare nisi propriam desidiam immò verò malitiā potest. Quare vos affectuo



## FLOSCVLVS

se rōgo, per viscera misericordiae IESV Christi Domini nostri, vt ijs paucissimis quæ vobis à me proponuntur, studiosè operam detis, ne illud Prophetæ meritò audiat: Quia tu scientiam repulisti, ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Doleo enim ex corde, neque cōsolari possum, nec volo, cūm menti recolo, quot Curati, quot prælati, ob tam parvæ rei, tam quæ facilis, ignoracionem, in infernum claudantur. Cæterūm erit aliquis fortasse ex vobis, qui sibi sapientior videatur; cur loca & Doctores, quorum dicta & doctrinam posuimus, non nominavimus, & allegaciones ad loca ipsa facimus, inculcabit. Sed aduertat is, deposito supercilio, quòd in hoc prolixitate parcere volumus. Simpliciores enim, propter quos maximè ista differuimus, parum indigent hac curiositate. Fuisset immò eis molestiæ & impedimento, quòd nec illas allegacionum abbreviaciones legere nossent. Et qui ista profundius scire cupit: Authores, quos in principio nominavi, discutiat. Nōs enim ita cursim omnia transiuimus, vt nihilo magis quàm breuitati intenti essemus. Valet fratres, & hoc laboris magis quàm ingenij opusculum, quòd tamen vobis futurum spero, vestris orationibus compensate.

( .s. )

¶ Flosculi Sacramentorum Finis.

36

# Petrus Ferd. de Villegas,

Sacrosanctæ Ecclesiæ Burgen, Archidia-  
conus, Lectori S.



Crispimus olim eōpendiolum  
breue de Sacramentis, in gra-  
tiam & vtilitatem nōstrorum  
Clericorū & Sacerdotū, quōd  
Flosculū Sacramētōrū nomi-  
naui⁹, eo quod flores præci-  
puos & vtilēs decerpā ex tā diffusa & lōga ma-  
teria, vt haberēt Clerici, quasi ad man⁹, quod  
respōderent ad interrogationes & postulata suo-  
rū Prælatorū, ī officio visitationis, quod ānuatim  
fieri cōsuevit. Quantū autē profecerimus, aliorū  
sitiudiciū. Scio tamē quōd idē Tra-ctatū decies  
iā impressus à nonnullis Chalcographis sit, &  
adhuc quotidie imprimi postulatur. Et quod tā-  
roperè placere videatur, nō nōstræ scientiæ tri-  
buimus, quum indocti omnino & inspidi sim⁹:  
sed charitati quæ nōstrū mouerat affectum, cū  
ipsa vel sola sit sal & condimentū operū nōstro-  
rum. Nunc verò à nōnullis Ecclesiasticis perso-  
nis, quibus visitandi incumbit officium, rogati su-  
mus, vt cū inferioribus Clericis cōsultū à no-  
bis videatur, ipsius quoq; visitationis, & ordinis  
atq; formæ visitandi ratio haberetur. Quod qui-  
dem cō libentius obtulimus, quod nuper fortē

## M O D U S V I S I T A N D I .

Incidim⁹ in breuissimum eiusdem rei libellum, nescio per quem virum probum & sapientem editum. Qui libellus auctoritatem & sapientiam Authoris sui præ se ferre videbatur. Incipit enim à Præfatione, & oratione habenda per Visitatorem, vel prælatum in principio visitationis. Sed nos primò aliqua prætermitamus, quæ sunt de more visitantium. Vale,

**M**ITTAT ante Visitator, vel Prælat⁹, citationem vel cedulam suam manu, & nomine subscriptam cum termino competenti quinque vel octo dierum, secundum distantiam locorum, & numerum vocandorum, significans qua die & hora adsint in tali vel tali loco, vbi eos visitare intendit, & quo parati compareant ad ea quæ ad visitationem pertinent, & de quibus sunt interrogandi. Et quòd quilibet Curatus notum faciat Parrochianis suis, quòd talis visitatio fiet in tali loco, vt ipsi, vel qui ex ipsis voluerint, accedant, si aliquid habeant quod Prælato dici oporteat, pro conscientie suæ exoneratione. Quòd quidem iniungendum erit sub Excommunicationis pœna. Et quòd dicta cedula visitationis mittatur de loco in locū, vt est cõsuetudo, quatenus omnibus notum fiat.

¶ A D diem autem & horam præfixam Prælat⁹ accedat ad locū, cum moderata comitiua, quæ  
non



non grauet visitandos. Sed aduertant Prælati Visitatores, quod Clerici nõ tenentur eis ad prædia, & conuiuia præstada: sufficiat eis quod sibi pendunt procurationes pecuniales, plus aut minus, secũdum consuetudinem, Neq; debet Prælati dupliciter procurari, semel in prandio, & iterum in pecunia, neque valet consuetudo in contrarium, quin potius est corruptela, nullatenus toleranda, sub pœna institutionis.

¶ Accedens igitur Prælatus ad locum salutatis Clericis quos aduentasse repererit, & alijs parum per expectatis, simul cum illis intret Ecclesiam, & aqua benedicta recepta, ipsos Clericos eadem aqua leni rore aspergat, dicens, Aqua benedicta sit nobis salus & vita, &c. Deinde dicat. Introibo in domum tuam Domine, &c. Et accedens ad altare maius, oret parum per sub silentio. Et surgens, simul cum Clericis faciat commemorationem illius sancti, in cuius vocationem Ecclesia dedicata est.

¶ Postea verò simul cum Clericis, dicat Responsorium pro defunctis. Rogamus te Domine, vel, Libera me Domine, &c. Et subsequantur post Orationem Dominicam, Orationes sequentes, si sit ibi sepultus Episcopus: Beati Petri. Pro Sacerdotibus Da nobis. Pro laicis, Inclina Domine. Pro omnibus ibi sepultis: Deus cuius miseratione, &c. Fidelium Deus, &c.

¶ QVO expedito, Prælatus faciat Rectorem

## MODVS VISITANDI

vel Curatum illius Ecclesie indui superpilicio,  
 & ceris incensis faciat aperiri Sacrariū, vbi cor-  
 pus Christi reponitur, & visitet reuerenter, & iu-  
 beat quòd qualibet hebdoma renouetur, vt ha-  
 betur de Sacramento Euchar. Itē videat si capsu-  
 la vbi reponitur, sit argentea, vel ærea, deaura-  
 ta, aut huiusmodi, & pvideat ne sit deligno, quia  
 posset cremari, vt iam peccatis exigētibz acci-  
 dit. Videat etiā si loc<sup>9</sup> sit clausus cū clauē, & præ-  
 cipua adhibeatur cura in hoc, & in quibus id tā-  
 gentibus, tanquā in negotio quo nullo maius.  
 ¶ Subsequenter visitet Sacristiam, & vestes sa-  
 cras, Altare, sindones, corporalia, pallia, aras, &  
 libros, vt infra dicetur. Visitet etiam fontē bap-  
 tismi seu Baptisterium, oleum sacrum chrisma,  
 &c. Postea verò parata sibi sede super gradus  
 Altaris, sedeat ipse, & Clerici similiter per ordi-  
 nem. Et tunc proponat eis verbum Dei, pro vt  
 sequitur, iuxta formam illius boni Patris, de quo  
 diximus. Sed notandum, quod non vnoquoque  
 anno idem proponi debet, quia fastidium gene-  
 rarēt toties repetita, sed alternetur, & innouetur  
 materia Latino sermone aut vulgari, aliquando  
 de gloria Paradisi, ad eā inuitando bonos, aliquā-  
 do de pœnis inferni, ab eis deterrendo malos.  
 Item de officio Sacerdotali, & eius excellentia,  
 de ordine Clericij, de morte, de die iudicij, de  
 auaritia, & alijs vitijs vtiandis, & huiusmodi.  
 Sequitur nunc Oratio, seu propositio.

Ponam

**R**ONAM visitationem tuam pacem, & prepositos tuos iustitiam. Esaiæ. 60. cap. Dicit beatus Dionysius Apostoli Pauli discipulus, in libro de Angelica hierarchia cap. 4. Quia sacratissima diuinitatis prouidentia reducit infima, per media in summam. Infinitum enim quod debet reduci in summum, id est, ad suum principium, qui est Deus summus, est ipse Homo, qui est infimus & ultimus in ordine creationis. Summum autem ad quod reducendus est Homo, est ipse Deus, qui est principium omnium rerum. Medium autem per quod debet fieri ista reductio, sunt ipsi Angeli, qui nobis dati sunt in custodiam. Quia sicut dicit Diuus Gregorius. Vnaquæque anima in principio suæ creationis, est tantæ dignitatis, quod habet vnum Angelum in suâ custodiam deputatum, & ille Angelus, quantum in se est, per sanctas cogitationes quas infundit in anima, & per bona cõsilia, & suggestiones secretas, semper intendit Hominem reducere ad suum principium, qui est Deus gloriosus, qui animam ipsam creauit. Sed quia istud mediũ, scilicet Angelus, est creatura inuisibilis, ideo per cõsilia eius anima nostra nõ potest cognoscere sensibiliter, neque percipit euidenter, quod cogitationes illæ bonæ & sanctæ infusæ sibi sint ab illo bono Angelo, quia non vidit ipsum, neque audit



## M O D U S V I S I T A N D I

vocem eius, quoniam Angelus sine voce loquitur huiusmodi, infundendo illas bonas cogitationes, & sancta consilia. Propterea gloriosus Deus, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, constituit aliud medium, per quod fieri debet redutio prædicta, quod vide licet medium sit creatura visibilis, quæ docet & informet animam nostram, vt homines visibiliter, clare, & sensibiliter, ac euidenter bona consilia ab isto medio sensibili & visibili percipere valeant. Et istud medium sunt viri Ecclesiastici, cõstituti in Ecclesia Dei, quorum exemplo & doctrina populus Christianus informari & instrui debet, qualiter, & quomodo viuere debet, vt ad summũ illud bonum reduci & peruenire valeat. Sunt autẽ in Ecclesia Dei multi viri docti, qui generaliter prædicant doctrinam Christi, sanctum Euangelium, & omnia præcepta legis. Sed nõ est eis, vt ipsi videant si doctrina illa seruetur in populo, vel custoditur in personis Ecclesiasticis. Ideo vt familiarius doctrina ista tradi & suscipi valeat, prouidẽ & cautẽ, ac diligenter statutum est, tam à iure Diuino, quam à iure positiuo, vt Prælati & maiores qui in Ecclesia constituti sunt, visitent annuatim Ecclesias suas, & personas sibi à Deo commissas, tã Ecclesiasticas, quãm seculares, quibus in principio suæ visitationis verbum Diuinũ proponere debent, & causam aduẽtus sui expo-

nere

nere & explicare. Idcirco ego hac ratione ste-  
 tui vos honorabiles fratres, & amicos, ad presen-  
 tem actum inuitare & conuocare, Sed quia actus  
 iste uisitationis, à iure commissus Prelatis, & ce-  
 teris personis precipuis, qui in Ecclesia Dei sūt,  
 & non personis minoribus, ex hoc infertur &  
 cōcluditur, quòd actus iste est magnus & hono-  
 rabilis, & quod debet fieri cum magna reueren-  
 tia & deuotione. Qui quidem actus non posset  
 bene exequi, sine à me, sine à uobis, sine Dei ad-  
 iutorio, aut absq; gratia Spiritus sancti, ideo nos  
 omnes cū magna cordis deuotione ad illam de-  
 bemus recurrere, quæ super omnes creaturas,  
 tam Angelicas, quàm humanas, copiosam gra-  
 tiam pro se & pro nobis meruit obtinere. Vnde.  
 Lu. i. Spiritus factus superueniet in te, & uirtus  
 Altissimi obumbrabit tibi. Quod uerbum per-  
 tractans Beatus Bernardus, sic dicit. Quis u-  
 cuam dixerit, quam salutat Angelus gratia ple-  
 nam? Neque hoc solū, sed adhuc quoq; in eam  
 superuenturum asserit Spiritum sanctum. Ad  
 quid putas, nisi ut etiam super impleat eā? Ad  
 quid, nisi ut adueniēte iam spiritu plena, sibi eo-  
 dem superueniente, nobis quoq; super plena &  
 super effluens fiat? Utinam fluāt in nos aromata  
 illa charismata, scilicet, gratiarū, ut de plenitu-  
 dine tanta omnes accipiamus. Hæc Bernardus.  
 Ut igitur hæc breuis nostra collatio ad uirtutē  
 proficit, ad Virginem prædictam sacratissimam  
 recurrere

## MODVS VISITANDI.

recurramus, & salutationem Angelicam humiliter ei offeramus genu flexo, mente pia, omnes proiungentes, Ave Maria, &c. Ponam, &c. libro & cap. vbi supra.

**HONORABILES** fratres, & amici, ista verba Thematica quæ ego assumpsi pro fundamento præsentis sermonis, vel collationis, sunt verba Domini & Salvatoris **IESV** Christi, registrata & testificata per suum Notarium & Prophetam Esaiam, qui, vt dicit Dignus Hieronymus, nõ tam Propheeta dicendus sit, quam Euangelista. Ita enim vniuersa **CHRISTI**, Ecclesiæq; mysteria ad liquidum prosequutus est, &c. & ponit ea in 60. cap. suæ sacratissimæ Prophetiæ. Quæ quidem verba, ex persona **CHRISTI**, diriguntur cuilibet personæ Ecclesiasticæ, quæ ex officio suo debet visitare subditos suos, & Ecclesias sibi à Deo cõmissas. Cui personæ Ecclesiasticæ, familiariter loquendo, dno promittit Christus, quæ sequentur & venient ex sua visitatione, scilicet, pax, & iustitia, dicendo sibi. Tu visitator surge, & visita Ecclesias, & personas quæ sunt in iurisdictione tua, diligenter exequendo officium tuum, & ego promitto tibi, quod ponam pacem visitationem tuam, & præpositos tuos iustitiam. Nam vere, fratres mei fructus visitationis nihil aliud est, nisi pax & iustitia, quam ipse **CHRISTVS** ponit in cordibus eorum, qui fideliter interueniunt in ipsa



ipsa visitatione, & deuote audiunt uerbum Dei,  
 cum fructu bonæ executionis. Vnde, Beati qui  
 audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Nā sicut  
 dicit Iacobus Apost. in sua Cano, cap. I. Audito-  
 res uerbi, iusti non sunt apud Deū, sed factores  
 uerbi iustificabuntur. Vnde reperimus in sacra  
 Scriptura, quod Deus gloriosus facit suam visi-  
 tationē duobus modis. Vno modo, per seipsum  
 alio modo, per suum ministrum. Per seipsum,  
 tripliciter, Primo conferendo tribulationem tē-  
 poralem, secundo, infundēdo gratiā spirituale,  
 tertio, impendendo gloriam æternalem. Primō  
 dico quod Deus gloriosus facit, per seipsum, in  
 aliquibus suam uisitationem, conferendo tribu-  
 lationem temporalem, quod est signum magne  
 dilectionis, ne procreat cum prosperitate, vel  
 cū delictis, sed recordetur de peccatis suis, & de  
 Diuinis beneficijs. Hoc facit Deus quando dat  
 infirmitates, vel temporalium rerum perditio-  
 nes, vel mortem filiorum, vel amicorum, ut pro-  
 bet nostram patientiam, sicut legimus de illo sã-  
 cto homine Iob, de quo dixit Deus, quod non  
 erat similis ei homo in terra, & tamen permisit  
 quod Satan tentaret eum, & quod perderet om-  
 nem substantiā eius, & occideret filios & filias,  
 & percuteret eum ulcere pessimo à planta pedis  
 usque ad verticem capitis. Et totum hoc permisit  
 Deus in eo fieri, ut per patientiam suam mere-  
 retur coronam regni cælestis, & nobis fieret in-

## MODVS VISITANDI

exemplum patientiæ & virtutis. Et ideo dixit Iob. Domine visitatio tua custodiuit spiritum meum. Secundo, facit Deus visitationem suã, infundendo gratiam spiritualem, vel commo- dum temporale, sicut quando eduxit Israel de Ægypto, & de seruitute Pharaonis, dicens. Visitans visitati vos, & vidi omnia quę accide- runt vobis in Ægypto, & dixi, vt educam vos de afflictione Ægypti, & sic dedit gratiam tem- poralem. Nobis autem dat gratiam spiritualẽ, quando visitat mentem nostrã, vt exeat de Ægi- pto, id est, de tenebris peccatorũ, & de seruitute Pharaonis, id est, diaboli. Tertio, facit Deus vi- sitationem suam, impẽdendo gloriam eternalẽ. Hanc visitationem deprecatur Ecclesia fieri in nobis. Vnde in Psal. Visita nos Domine in salu- tari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentes tuæ.

¶ **SECUNDO** modo dixi, quod Deus glo- riosus facit suam visitationem, non per se, sed per ministrum suum, vt per tale medium redu- cat ad se animas quas creauit, & sanguini suo redemit. Et talis minister **CHRISTI**, autho- ritate & mandato ipsius Christi, facit visita- tionem suam dupliciter. Primo, seminando verbum Dei, quod est consolatio piarum men- tum, & pax bonorum, quia pax datur homini- bus bonæ voluntatis, iuxta primam partem nostri Thematis, vbi dicitur, Ponam visitatio- nem

nem tuam pacem. Secundo, minister Christi faciat visitationem suam, administrando iustitiam, & contra malos faciendo correptionem & vindictam: iuxta secundam partem Thematis, & præfectos tuos iustitiam. Et sic concluditur nostrum Thema, & tota intentio visitationis, ut sit pax & consolatio bonis: & fiat iustitia & correptio malis.

¶ DE primo, locutus est Hieremias Propheeta, cap. 19. Visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum. Istud autem verbum bonum proposuit beatus Petrus princeps Apostolorum in sua Cano. 1. cap. 2. Obsecro vos tamquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militat aduersus animam, conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detractat de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

¶ De secundo autem, quomodo minister Christi debet administrare iustitiam, scilicet, faciendo correptionem in sua visitatione, locutus est Amos Propheeta in .3. cap., dicens. Visitabo super vos omnes iniquitates vestras, scilicet, faciendo iustitiam & correptionem.

¶ QVIS autem modus in visitando debeat observari, habetur in Decretis. 10. q. 1. Episcopum, & ca. Placuit. Cum qua autem comititia debeat fieri, nota Hostiensis in summa de offi. Archi.

R

Debet



## MODVS VISITANDI

DEBET etiam Visitator cum tempore popu-  
lum suum monere, & conuocare quatuor vel  
plures de populo, vel de Parrochia ex notabi-  
lioribus in fama & conscientia, requirere, & si  
expedierit, coërcere, vt ad Ecclesiam conue-  
niant ipsa die, ratione visitationis prædictæ.  
Expleta verò Missa, antequàm visitatio inci-  
piatur, aliqui Visitatores de more faciunt ge-  
neralem Absolutionem pro defunctis, super ie-  
pulturas & cœmeteria, vt in Ordinario conti-  
netur. Quo factò, Visitans per se, vel alium,  
verbum Dei clero & populo cōgregatis, debet  
proponere, sub compendio tamen. Et post Ser-  
monem vel propositionem, se paratis laicis, &  
etiam Clericis in minoribus tantùm constitu-  
tis, nisi fortè sit persona experta, ipse Visitans  
retrahit se cum Sacerdotibus, & prinò visitat,  
& recognoscit reuerenter sacram Eucharistiam  
repositam in custodia, quomodo seruatur, & quo  
modo infirmis portatur, & administratur. In-  
quirat etiã diligenter, & respiciat qualiter chris-  
ma, & olea sacra, & fontes baptismatis custo-  
diuntur & seruantur, Et ita provideat diligen-  
ter sub clauibus custodiri, ita quòd manus te-  
meraria non possit aliquid contingere de eis-  
dem. Hoc totum constat, de celebratione Missarum,  
ca. Sane, de custo. Eucharistiæ per totum.  
& si tenetur honorificè. Videat altaria, & ma-  
ximè

xime, si aræ ipsorum consecratæ sint, si fuerint integræ, vel contractæ, & si pallia altaris & corporalia sint munda, pro vt præcipitur de custo. Eucharist. cap 2. Et si fuerint vetustate consumpta, crementur, de consecra. dist. 1. Altaris palla. Similiter recognoscat Calices, Libros, & omnia Ecclesiastica ornamenta, si indigent refectione vel reparatione.

¶ Item quærat de possessionib<sup>9</sup> Ecclesiæ, si sint in bono statu, & non alienatæ, vel indebite onerata, & de alijs iuribus, de quibus status Clericorum minuetur, & si bene solvantur. Et si defectum vel insufficientiam reperit in aliquo præmissorum, si fieri potest, statim emendari faciat alioquin infra certum terminum, non quidem nimis differendo terminum, vel prolongatum, sed rationabilem, & omnia conscribi faciat in processu visitationis, per notarium.

¶ Deinde quærat à presbyteris singulatim præ maximè à Curato, si intelligunt ea quæ legunt, & quibus verbis conficiunt corpus Christi & sanguinem, & qualiter eleuant & pertractant, sicut habetur de celebratione Missarum, & Horarum Canonicarum, si dicantur cantâdo, vel recitâdo punctuatim, & nō syncopando, & si habent cōsuetum, vt conformentur cū Diocesi, & si habent libros Consuetudinum Synodaliū, & si celebrant ieiuni, præmissa Confessione, ad hoc de celebratione Missarum, cap. Dolentes.

## MODVS VISITANDI

¶ Interroget etiam Curatum, si scit decem Præcepta legis, septem opera Misericordiæ, tam spiritualia, quam corporalia, septem peccata Mortalia, si sciat Articulos Fidei, & Ecclesiæ Sacramenta, & si ista docet populū & si Parrochiani omnes confitentur, & cōmunicant saltem semel in anno. Item quomodo, & quibus verbis baptizat, de baptismo, cap. 1. de cōs. di. 4. Interrogationes istæ per tractatum suprâ positum, scilicet, Flosculum Sacramentorum, fiant,

¶ Inquirat etiam quomodo Cōfessiones audiantur, quia Confessor debet dicere eloquia casta & temperata, cū capite inclinato, & facie cooperata, cū superpelicio, & manibus sub veste absconditis. 30. dist. Si quis virorum, De vi. & hone. cle. Clerici. Item sciant de quibus criminibus absoluant, si de reseruatis. Et si decenter Sacramenta conferat, scilicet, Matrimonium, nubentibus, Oleum, infirmantibus. Sepultura, morientib⁹, & quòd non exigatur vltra cōsuetudinem bonam, quod esset cōtra iura. Et si propter negligentiam Curati aliquis decessit absq; Baptismo, vel Confessione. Et generaliter inquirat de omnibus & singulis Clericis, tam in sacris, quàm in minoribus Ordinibus constitutis, qualiter vnusquisque in suis officijs se se habeat, vel minister, & si habeant in domo mulieres suspectas, & c.

¶ Deinde inquirat Visitans de vita & moribus Clericorum, de vnoquoq; ipsorum, si sit aliquis



canonice ordinatus, vel si sit ordinatus simonia  
cè, vel existens excommunicatus, suspensus, vel  
interdictus, dist. 3. & le. 90. Clericorum. De Cle  
rico excommunicato per totum,

¶ Potest inquirere similiter, si obtinent benefi  
cia canonica, vel si est aliquis intrusus in benefi  
cio violenter, vel per minas, aut simoniace.

¶ Item si omnes resident, vel si aliqui sine licen  
tia sunt absentes, & qualiter beneficijs talium de  
seruiatur, De Cle. non resid, per totum.

¶ Potest inquirere si sunt aliqui hæretici, chis  
matici, aut fautores, aut receptores eorum. De  
hæreticis, cap. Excommunicamus.

¶ Inquirat si sunt aliqui sortilegi, diuini, incan  
tatores, aut inuocatores Dæmonum, vel facien  
tes quascunq; facturas, vel ligaturas. De hæret.  
accusatus, lib. 6. de sorti. per totum 26. q. 6.

¶ Si sunt aliqui falsarij literarum Apostolicarū,  
Prælatorum, vel Principum, vel falsarij mone  
tæ. De falsa. cap. Ad falsariorum.

¶ Si sint aliqui fornicatores, adulteri, incestuosi,  
sodomitæ, aut monialium stupratores. De vita  
& honestate Clericorum.

¶ Item si sint aliqui homicidæ, percussores, vel  
occissores aliarum personarum, præsertim Ecclē  
siasticarum. De homicida per totum.

¶ Si sit aliquis fur, aut inuasor rei alienæ, vel qui  
bona Ecclesiæ sibi appropriauit, aut impignora  
uit, vel alienauit alijs maxime infidelibus. l. q. 6.

# MODVS VISITANDI

cap. I. & vltimo.

¶ Si quis de laicis aut Clericis fuerit vsurarius,  
De vsuris per totum.

¶ Si quis sit lusor, vel aleator, tabernacul<sup>9</sup>, ebriofus, ioculator, venator, aut buf<sup>o</sup>. contra quos.  
De vita & bone. Cle. Clerici. De excessus Præla. Interdilectos, de Clerico venatore, per totū. 86. dist. Qui venatoribus, licet quietata venatio & non clamorosa non videatur prohibita, de conse. dist. vlt.

¶ Deinde inquirat de statu laicorum, ab iisdem Clericis, & ab aliquibus laicis, si sunt aliqua peccata publica in populo. Et primò si omnes Parochiani sunt confessi, & venerunt ad pœnitentiam Sacramentalem, & cõmunionem Eucharistię, iuxta illud: Omnis vtriusq; sexus de pœn. & re. Et si fuerint excommunicati per annum & vltra in maiori excommunicatione persistant contumaciter, vel negligenter, vel blasphemii Dei, vel Sanctorum periuri: vel si colunt festa præcipua, si ieiunant Quadragesimam, quatuor tempora, vigiliis, & alia Ecclesię ieiunia.

¶ Si sint aliqui coniuncti in gradibus prohibitis consanguinitatis vel affinitatis: vel si sit aliquis qui habet in Matrimonium, quam prius polluerat per adulterium.

¶ Si aliquis coniugatus, vel alius. tenet publicam concubinam, vel si sit quispiam ab vxore separatus, quia talis excommunicandus est.

¶ Si

¶ Si decimæ bene solvantur, & primitiæ, & alia iura Ecclesiastica, & qui diffamati sint de mala solutione. Item si sunt aliqua testamenta, aut legata, non completa, quia per Visitationem debent mandari vt compleantur.

¶ Si aliqua bona Ecclesiæ sint male alienata. Postremò inquisitione facta, & in scripti redacta: Visitans eliget aliquos de Clericis, & de laicis, qui vocantur testes Synodales, à quibus iuramentum exiger, quòd tempore sequenti denuntiabunt sibi, quantum commodè & secretè poterunt, qui viderint correptione egere in Parochia, & in personis eiusdem.

## ¶ Sequitur tractatus noster de Sacramentis.

**D**E quibus per ordinem Clerici interrogandi sunt, quomodo sciant, & intelligant mysteria Sacramentorum, & faciant officium suum Sacerdotale.

¶ Et quia nō possent omnia in vna aut pluribus Visitationib⁹ tractari: debet Prælat⁹ aut Visitans per singula procedere, Primò anno, de Fide & Articulis quærere, & de Sacramentis in genere. Secundo anno, de quolibet Sacramèto, per ordinem, &c. Et quia principale officium Clericorum & Sacerdotum, est orare pro se, & p̄ populo, decreuimus vnam ex orationibus vel pro-



## MODVS VISITANDI

positionibus, quas, habuim⁹ ad Clericos nostros  
hic addere, de materia Oratiōis, quę diffusē p̄ Do-  
ctores traditur, & collegim⁹ aliq̄ vtilia ex multis  
¶ Præmissa Salutatione Angelica, & Hymno  
Veni creator spiritus, cū aliqua oratione ad Spi-  
ritum sanctum, Mentibus nostris: vel, Deus qui  
corda fidelium, &c. sic incipit.



**I**n fluctibus maris hui⁹ seculi  
navigātes, vndq; nos circū-  
strepēda pericula sequuntur.  
Hinc latrat⁹ Charybdis, hic  
scilicet, v oragines, inde verō  
aduenarū scopuli, & tot vn-  
diq; laquei parātur, vt omni-  
no nostrarū euadere viriū nō sit, sed Dei clemen-  
tię. Querebatur plurimū de hoc Paulus Apo-  
stol⁹, quod passim turbaretur. Periculis, inquit,  
in mari, periculis in terris, periculis in ciuitate,  
periculis in solitudine, periculis in falsis fratrib⁹.  
Sed quia Diuina mīa omnib⁹ miserijs & calami-  
tatib⁹, cōsolationes & remedia adesse disposuit,  
neq; vulnera sine curatione reliquit: Cōstituit no-  
bis refugiū tutissimū clypeū salutarē Orationis,  
quo vniuersa inimicorū iacula, aut declinarētur  
prors⁹, aut certē vincerētur. Vnde scripū est,  
Oportet nos semper orare, & nunquam deficere.  
Et Saluator noster ad Discipulos inquit. Vi-  
gilate, & orate, vt non intretis in tentationem.  
Inde est, quod Ecclesia Dei mater nostra, veluti  
castro

castrorum acies ordinata, nec vnū tutamen sibi  
 constituit præcipuum, hoc vallo fortissimo cir-  
 cundata suos irridet hostes, & eorum fragiles vi-  
 res paruipendit. Huius rei noui & veteris Testa-  
 menti documenta vtró se se offerant. Orante  
 enim Moyse, vincebat populus Dei, vincebatur  
 autem, cum cessabat orare. Cadebant turre &  
 muri ciuitatis Hierico, orantibus Sacerdotibus,  
 & arcam Dei circumferentibus. Rumpebantur  
 sepulchra, & mortuos redebant incolumes re-  
 surgentes, orantibus Apostolis & alijs Discipu-  
 lis. Hoc vno deniq; iaculo omnes inimici fugan-  
 tur, omnia aduersa superantur. Omnis commo-  
 ditates nobis vberrimè præstantur, veritate ipsa  
 dicente: Petite & accipietis, rogate & dabitur  
 vobis. Et cum ipsa Dei Ecclesia triplici homi-  
 num statu cõstare dignoscatur, ministrorum, vi-  
 delicet, defensorum, atque oratorum, hi qui orã  
 di officio ascripti sũt, Christianam & republicã  
 plurimum præ cæteris iuuare creduntur, in quo  
 ordine Sacerdotes, & Altaris ministri deputati,  
 vt liberius reb<sup>9</sup> Diuinis vacare possint laborib<sup>9</sup>  
 populi ipsi quieti sustentantur, tanquam populi  
 peccata comedentes. Quos ad orandum, & pro  
 populo deprecandum, verbum Propheti cũ ex-  
 citat, dicens. Surgite postquam sederitis qui má-  
 ducatis panem doloris.

**D**E Oratione itaque, in qua nostrum versa-  
 tur officium, aliqua disserere statui. De  
 qua

## MODVS VISITANDI

qua per Psalmistam dicitur: Subditus esto Domino, & ora eum. Psal. 35. Circa quod verbum tria videnda sunt. Primo, quæ requiruntur ad meritorie orandam: quia dicitur, Subditus esto. Secundum, ad quem, & qualiter debemus orare: quia dicitur, Domino. Tertiò, quæ sunt utilitates Orationis, ad quam inuitamur; quia dicitur, ora eum.

¶ Circa Primam igitur, quia dicitur, Subditus esto: Notandum quod plura requiruntur ad bene orandum. Primum est humilitatis & cordis profunditas, vt dicit Io. Cassianus in libello suo de collationibus patrum, colla. 9. cap. 2. quæ Abbatis Isaac est, vbi dicit Omnis cordis perfectio ad iugem orationis perseverantiam tendit. Ideo vt eo feruore ac puritate qua debet, emitti possit Oratio, omnis sollicitudo carnalium rerum generaliter abscindenda & iacienda est, primum profundæ humilitatis incòcussa fundamenta, quæ scilicet turrim cælos pulsaturam sustinere valeant. Ideo laudatur Publicanus, quia stans à longè nō audebat oculos ad cœlū leuare, Lu. 18. & reijcitur Phariseus cum superbia sua, dicens. Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri homines. Secundo requiritur secundum Io. Cassia, vbi supra, attentio actualis, ad quam necesse est. vt ab omni discursu euagatione lubrica animus cohibendus sit. Quicquid enim ante orationis horam anima nostra conceperit, ne  
esse



esse, est, vt orantibus nobis per ingestionem re-  
 cordationis occurrat. Quam orbem quales volu-  
 mus in oratione inueniri; tales ante eam fieri p-  
 curemus, & ad id nos præparare debemus. De  
 qua præparatione Psalmista dicit. Præparatione  
 cordis eorum exaudiuit auris tua. Tandem ipse  
 Ioan. Cassianus comparat qualitatem animæ no-  
 stræ, subtilissimæ & leuissimæ pennæ, quæ si  
 alicuius humoris corruptione vitata fuerit, vo-  
 lare non poterit, infusione humoris prægrauata:  
 quæ tamen si pura sit, tenuissimi spiritus adiu-  
 mento, ad sublimia cælestiaq; tollitur. Requi-  
 ritur autem attentio prædicta in Oratione, vt  
 Oratio, quantum fieri potest, attente fiat, iuxta  
 tex. in cap. Dolentes, de celeb. Mis. vbi tex. dicit  
 Studio sè pariter & deuote esse orandum. Et  
 Diuus Hieronymus, dicit & ponitur de consc-  
 diit 5. cap. Non mediocriter, quod Non verbis  
 tantum, sed etiam corde, orandus est Deus. Idè  
 dicit Apostolus. 1. Cor. 14. Si lingua orem & nõ  
 spiritu, mens mea sine fructu est. Et est vulgare  
 quòd ponit glosa in Cle. Si Dominum, de reli.  
 & vene. San. Si cor non orat, lingua in vanũ  
 laborat, vbi allegat Augustinum, dicentẽ. Quid  
 prodest strepitus labiorum, si mutum est cor. Et  
 secundum Cyprianũ. Quomodo te petis à Deo  
 exaudiri, cum te ipsum non audias neq; intelli-  
 gas? Sed ita simpliciter tenere videtur maxi-  
 mum inconueniens, cum etiam viri perfecti id.

## MODVS VISITANDI.

consequinequeant. Querebatur enim Prophe-  
ta David, dicens. Cor meum dereliquit me. Et  
in Cle. vnica de cele. Missa, dicit glo. super ver-  
bo, fructum labiorum, & ibi Archidia, quod satis  
videtur labijs seruire in Horis Canonis. Et in  
ca. Dolentes allegato, dicit rex. Studiose pariter  
& deuote, quantum eis Deus dederit adiuuadũ,  
quod ista attentio à Deo est, non à nobis.

¶ Item legitur de sancto Bernardo, quod de  
hoc conquerebatur cum quodam Rustico, cui  
offerebat iumentũ suum si attente diceret Pater  
noster.

¶ AD huius autem difficultatis intelligentiam  
notandum est secundum S. Tho. Secunda Se-  
cundæ, q. 83. art. 13. quod triplex est fructus  
Orationis. Primus est, mereri, & ad hoc non  
est attentio necessaria per totum tempus oratio-  
nis, sed sufficit vis primæ intentionis, vt in quo-  
libet actu meritorio. Quæ quidem prima inten-  
tio reddit totum actum meritorium, & totam  
Orationem, vt est exemplum, in iactu lapidis, qui  
per totum currit ex prima vi impulsione. Se-  
cundus effectus Orationis est, impetrare, & ad  
hoc etiam sufficit prima intentio. Tertius effe-  
ctus est, spiritualis animæ refectio, & delectatio,  
quæ animam impinguat, vt cibus impinguat &  
reficit corpus, & ad hoc necessaria est actualis  
attentio. Et sic necessariũ dupliciter dicitur. Vno  
modo per quem melius peruenitur ad finem, &  
isto

isto modo ad omnem effectum est necessaria attentio, & dicitur talis necessitas congruentiæ quia melius peruenitur ad finem.

¶ Alio modo dicitur necessarium absolutum, & sine quo non est, & sic intellige, vt supra secundum diuersos effectus. Sed limita & intellige tamen, nisi tanta sit vagatio, quod perdat vis primæ intentionis: ideo oportet Orantem recolligere se quantum potest: item, nisi scienter quis rumpat illam vim primæ intentionis, faciendo actum cum attentione incompatibili: vt dicitur glossa allegata in dicta Clem. Si Dominum.

¶ Requiritur præterea in Oratione vocalis expressio, & iuxta illud. Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum. Et alibi. Tribulationem meam ante ipsum pronuntio, Et Christus docuit Apostolos orare, & dicere, Pater noster, &c. Et ad inflammandum corda fidelium, quæ diuersitate magis mouentur, statuit Ecclesia cantari Hymnos, Psalmos, Orationes, &c. Sed contra hoc arguitur sic. Oratio porrigitur Deo, sed Deus cordis lucutionem cognoscit & intelligit: ergo superflua est vox & lucutio verbalis. Propter quod motus Beneficiatus quidam, breuiter offerebat quotidie Deo totum Breuiarium, dicens. Deum melius intelligere, quam ipse posset proferre. Sunt & ad hoc plures auctoritates. Isidorus in lib. de summo bono, di-



## MODVS VISITANDI

est: Oratio cordis & non labiorum. Ambrosius in lib. de Sacramentis, inquit. Quando oras, noli verbis clamare. Respondet ad hæc Thomas, supra q. 83, arti. 12. Secunda Secundæ, quod duplex est Oratio, particularis & communis. Quæ quidem communis, est quæ fit nomine Ecclesiæ, & pro toto populo, & ista debet innotescere populo, pro quo offertur à ministris Ecclesiæ, qui ad hoc tenentur, vt cap. Presbyter, de cele. Miss. & cap. Dolentes, eod. titu. vbi reprehenditur syncopizatio, &c. Secunda Oratio est particularis vniuscuiusque, qui pro se, vel alio orat, & in ista licet non sit necessaria vocalis expressio, tamen melius est, quod audiat seipsum, propter naturalem colligantiam animæ & corporis: vnde motus existunt affectus animi. Item debet exprimere ratione reuerentiæ exhibendæ: item ratione deuotionis explicandæ. Idem dicit de genu flexionibus, & alijs actibus. Et quia secundum Ioan. Damasc. compositi cum simus ex corpore & anima, ideo vtrumque seruiat suo creatori. Si tamen deuotius quis orat in particulari, sine expressione verborum, sed tantum mente: remittatur prudentiæ suæ.

¶ EST & aliud requisitum in Oratione, scilicet, quod Oratio sit continua & perseverans. Non enim sufficit semel orando petere, sed sæpe. Et hoc contra impatientes quosdam, qui citò consequi volunt orationes & petitiones suas.

suas, Docet nos Iuper hoc Redemptor noster, dicens. Quis vestris habebit amicum, &c. tandem dicit. Si ille perseverauerit pulsans: certe propter illius improbitatem, dabit quotquot petierit. Sequitur. Petite, & accipietis, &c. & Act. 1. Hi omnes erant perseverantes vnanimitate in oratione. Et non solum in Oratione, sed in omni opere perseverantia perfecit opus. Ovidius in libr. de Ponto.

Percusso crebro saxa cavantur aquis.

¶ Differt Deus aliquando petitiones nostras, vt nos humilet, vt magis inflammet, vt sapidiora reddat beneficia, & magis opportuna. Item requiritur, quod Oratio sit fidelis, & accipitur si des hic profudicia. Vnde dicitur Iacob. 1. Postulet in fide, nihil hæsitans, & Mar. 11. Omnia quecunq; orantes petitis, credite quia accipietis. Requiritur præterea, quod Oratio sit discreta: quia Deus nunquam concedit homini id quod ad suam damnationem esse potest. Vnde cum tale quid petitur misericorditer, non exauditur. Iacob. 4. Propterea petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Et Isidorus in libr. de summo bono, dicit. Sæpe Deus non audit nos ad voluntatem, vt audiat ad salutem. Secundum August. Sæpe Deus deneget propitius, quæ concedit iratus, & alia plura requisita sunt in Oratione, de quibus per glo. in dicta Cle. ad quam remitto, & hæc, quia diximus: Subditus esto.

## MODVS VISITANDI

De secundo autem, ad quem, & qualiter de-  
beamus orare, quia dicitur, Domino. Notan-  
dum est, quòd circa Orationem, & an fieri  
deberet, fuerunt aliquot errores Antiquorum, vt  
refert Thom. Secunda Secundæ. q. 83. Quidam  
enim dixerunt, res humanas non regi Diuina  
prouidencia, & ita inferebant vanum esse orare,  
& Deum colere. Et de istis dicitur Malach. 3.  
Dixistis, Vanus est omnis qui seruit Deo, Alij  
dixerunt, regi quidem res humanas Diuina pro-  
uidencia, sed ita regi vt ex necessitate omnia  
proueniât, & cùm Deus sciat quid futurum sit,  
id ex necessitate euenire. Ad quod videtur face-  
re illud Matth. 6. Scit enim Pater vester quid o-  
pus sit vobis antequàm petatis eum, & 1. Reg. 15.  
Triumphator in Israel non parces, & pœnitenti-  
ne non flectetur. Excluebat ergo fructum Ora-  
tionis ex tali necessitate, inuadantur autoritate  
Iacob. 1. apud quem non est trãsmutatio, nec  
vicissitudinis obumbratio, & Malach. 3. Ego  
Dominus, & non mutor. Tertia opinio fuit po-  
nentium res quidem humanas non ex necessita-  
te venire, & prouidencia regi, sed diuinam pro-  
uidenciam esse variabilem, & quòd orationibus  
mutabatur. Istos errores excludit beatus Tho-  
mas, scilicet in prima parte Summæ, ad quã remit-  
to, scilicet in loco vbi supra, q. 83, dicit, quod ita  
debemus ponere orationis vtilitatẽ, quòd neq; re-  
bus humanis necessitatẽ, nec diuinæ prouidenciæ

ascri



scribamus inmutabilitate. Ad cuius evidentiam, vt ipse dicit: Norandū est, quod ex diuinā prouidentia non solū disponitur qui effectus fiant, sed etiam quibus causis & medijs proueniāt. Inter alias causas sunt etiā act<sup>9</sup> humani: vnde oportet homines agere aliqua, nō vt Diuinam dispositionem mutant, sed vt per illos actus impleant quosdā effectus, secundum ordinem à Deo dispositum.

¶ Idem est etiam in rebus naturalibus, vt verbi gratia. Disposuit Deus dare Petro fructum agrī sui, per hunc ordinem, scilicet, si cultiuetur, & serant. Oportet ergo ipsum agrum colere, & serere: vt impleat effectum illum, secundum ordinem a Deo dispositum. Simile est de Oratione. Non enim propter hoc oramus, vt diuinā dispositionem mutemus, sed vt impetremus quod Deus disposuit per orationes nostras, vel Sāctorum, esse implendū: vt, scilicet, homines postulādo mereātur accipere, quod eis Deus ante secula donare disposuit. Et hoc est quod dicit Gregori<sup>9</sup> in primo lib. Dialogorum, & habetur. 13. q. 4. Obtinere ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita predestinata sunt, vt eorū præcibus obtineātur. Cōcludimus ergo, Orationē esse necessariam, & ad eam multis autoritatibus inuitamur, vt Psal. 5: Quoniā ad te orabo Dñe. mane exaudies vocem meam, & in multis alijs Psalmis. Item Eccles 39 Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Et Redemptor noster, quem imitari debemus, semper

Orabat. Matth. 14. Ascendit in montem solus orare, & Luc. 6. Erat pernoctans in oratione Dei. Sed ad quem debeamus orare, videtur quod solus Deus sit orandus. Nam Oratio, secundum Ioan. Damasc. est ascensio mentis in Deum. Item quia quod nos principaliter in Oratione petere debeamus, est gratia & gloria, sed hoc dare solius Dei est. vt Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dñs. Sed contra est quod dicitur iob. 5. Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere. Respondeo, secundum S. Tho. vbi suprâ, quod Oratio dupliciter porrigitur alicui. Vno modo, quasi per ipsum adimplenda, & alio, quasi per ipsum impetranda, & ita oramus ad Sanctos. Sed quare dicimus in orationib⁹ ad Sanctos, S. Petre, Sancte Paule, &c. cum in celo solùm sit anima sancti Petri vel Pauli, & non corpus, & talis denominatio est animæ & corporis simul? Dicendum, quod illi ex bonis operibus hic factis meruerunt orari. vel fit in testimonium resurrectionis, & quia semper intelliguntur vivere, cum sint apud Deum, qui est fons vitæ, & qui omnia viuunt. Quid autem in Oratione petendum sit, Tho. vbi suprâ, qui secundum August. dicit, quod hoc licet orare, quod licet desiderare. Et quia principaliter spiritualia & æterna desideranda sunt, illa bona præcipuè petere debemus. Deinde temporalia corporalia, in quantum sunt vel erunt instrumenta virtutum. Mala

autem

autem vel pœnalia in Oratione petere nō licet,  
 pro vobis, vel pro alijs: quia Deus bonus est, &  
 bonorum dator, nisi in ordine ad bonum, scilicet,  
 vt per flagella quis cōuertatur ad Deum. Et sic  
 intelligendæ sunt imprecationes, quæ in sacra  
 Scriptura sæpe habentur, vt illud Psal. 128. Con  
 fundantur & conuertatur retrorsum omnes qui  
 oderunt Sion. Et hæc de secundo, scilicet, ad  
 quem & quomodo orandum sit.

¶ DE tertio autem, quæ sint vtilitates Oratio  
 nis, quia dicitur in verbo assumpto, & ora eum.  
 Notandum est verbum hoc. Iacob 5. Multum  
 enim valet de precatio iusti assidua. Et quia Ec  
 clesiæ ministri & Sacerdotes orationib⁹ & sacri  
 ficijs deputati sunt, qui nomine totius Ecclesiæ  
 orant, rectè de eis dicitur illud. Io. 15. Posui vos  
 vt eatis. scilicet per bona opera, & fructū affera  
 tis. scilicet meritoriè, & fructus vester maneat,  
 scilicet in vitām æternā. Isti fruct⁹ & vtilitates  
 sunt quæ sequuntur. Primo tres illi fructus, de  
 quibus diximus, scilicet, mereri, impetrare & re  
 fici spiritualiter, atq; satisfacere. Sequitur etiā v  
 tilitas ijs p quib⁹ oramus, iuxta illud Iaco. 5 Ora  
 te pro inuicem vt saluemini, & 2. Machab. 12 Sā  
 cta & salubris est cogitatio pro Defunctis exora  
 re, vt à peccatis soluantur. Et breuiter dico, quod  
 Oratio ad omnia valet. Imperat elementis: nā  
 adorationē Moy si aperta est terra & de glutinē  
 Dathan, Aqua etiā obediuit orationi, Exod. 14.



## M O D U S V I S I T A N D I

Stetit vnda fluens, & aperti sunt abyssi in medio maris, & aqua Iordanis cōuerfa est retrorsum, v<sup>t</sup> ait P<sup>s</sup>al. Aëri etiam imperat, v<sup>t</sup> dicitur Iacob. 5. quod ad petitionē Heliae, aër cōgelauit pluuiā. Itē imperat igni, nā ad petetionē Helisae descēdit ignis, & cōsumpsit quinquagenarios. Et, Ananias cū socijs pepercit ignis i<sup>n</sup> fornace, Danie. 3.

¶ Item valet contra omnes infirmitates Oratio leproforum sanauit eos. Luc. 17. Febres curat, v<sup>t</sup> in seruo Centurionis, & in focru Simonis. Imperat Dæmonijs, v<sup>t</sup> Matth. 17. Hoc genus Dæmoniorum nō eiicitur, nisi per orationem & ieiuniū. Et dico etiā, quod Oratio cōtra Deum valet, v<sup>t</sup> dicit Diuus Hieronymus, quod ipse inuincibilis, oratione vincitur atq; etiam ligatur. Nā v<sup>t</sup> dixit Deus Moyse. Exod. 32. Dimitte me, v<sup>t</sup> irascar in populum istum, quasi ipsum teneret ligatum. Orationi igitur instandum est, quæ tot & tanta potest. Sed cōsiderādum est circa Orationē, & Diuinum officium, quod eius virtus & causa m<sup>er</sup>endi est Charitas. Si enim, v<sup>t</sup> dicit Apostolus Charitatem nō habeam, nihil mihi prodest. Vnde quæritur: An Clericus existens in mortali peccato, & sit extra Charitatem, satisfaciat, dicens Horas suas? Doctores cōmuniter mouent quæstionem in Cle. 1. de cele. Miss., & ibi concludūt, quod omnino tenetur dicere Horas, ne melioris conditionis sit stultus, quā sapiens, sed an satisfaciat, nō aperte declarāt. Sed Archi. 44. dist. 1.

& Dominicus ibi, & Henricus in cap. fi. de Clericis non re. aperte tenet, quod Clericus existens in Mortali non satisfacit, immo tenetur restituere omnes fructus quos percepit. Probant ipsi per tex. qui est beati Hieronymi, O Sacerdos vive re tibi permittitur de bonis Ecclesie, non luxuriari. Probant preterea, quia propter officium datur beneficium in cap. fi. de rescrip. lib. 6. Cum enim iste non dicat debite officium, non enim dispositus est ad hoc, non debet habere beneficium, neque fructus. Facit bene tex. in dicta Cle. 1. ubi dicit, ad officium requiri, quod fiat cum animi puritate, ergo sine peccati macula, alias animus non potest dici purus neque mundus Dns Doctor de Villadiego, Ouetensis Episcopus, magister meus, disputavit hæc in quodam tractatu suo, de Oratione. Et dicit, quod tenere opinionem predictam, esset rigor maximus: Ita quod nullus Clericus saluaretur. Vnde ipse tenet opinionem contrariam, qua talis Clericus licet orando ut priuatus non exaudiatur, tamen nomine Ecclesie exauditur. Ita dicit glo. in cap. in generibus. 3. quæst. 7 Tenet etiam idem Archi. in ca. Sacerdos. 1. q. 1. Col ligitur etiam idem ex notatis per sanctum Tho. 3. parte. quæst. 82. arti. 6. ubi tractat: Vtrum æque exaudiatur malus Sacerdos, sicut bonus. Sed quia nescimus quæ istarum opinionum sit virior, timendum valde est. An autem Clericus committens Psalmum vel versum in Horis Canonicis, teneatur

## MODVS VISITANDI.

tur à principio incipere Horam? Dic, quòd si sit  
in choro, nō tenetur, sed priuatim tenetur recite  
re Psalmū, vel versum omissum, & inde perqui,  
per notata per Inno. in ca. Dolētis, de celeb. Miss.  
An infirmus teneatur dicere Horas? Dicendum,  
quod si leuis est febris, vel antiqua quartana, &  
huiusmodi, tenetur, cū per hoc nō impediatur  
ab alijs negocijs magis laboriosis. Si tamen esset  
gravis infirmitas, ita quod grauaretur dicere per  
se, audiat ab alio. Si autem & hic grauaretur, di  
cimus nō teneri, sed consiliū est, vt per aliū reci  
tari faciat. Ita dicūt Doctores in prædicta Cle.  
2. & Ioan. And. in dicto cap. 1. de celeb. Miss.

¶ Item dubitatur, si is qui omisit dicere Horas,  
teneatur alia die recitare eas, dico quod nō, quia  
nō satisfaceret. Nam lapso die trāsit obligatio:  
vt in .l. Si non sortem, ff. de condi, indebi, Inun  
getur sibi alia pœnitētia, pro modo culpæ, à pec  
cata omissionis. Ita determinat sanctus Thom.  
in Quolib. & Ioan. Andr. in dicto cap. 1. Alię plu  
res quæstiones ¶ Cōcludam⁹ ergo quod de re  
quisitis circa Orationem, & diuinum officium, &  
ad quem, & quomodo debeamus orare. & de  
utilitatibus Orationis, & modo eius, re  
cte præmisimus autoritatē præ  
dictam: Subditus esto Do  
mino, & ora eum.

(. . .)

¶ Modi Visitationis Finit.



52

# STELLA CLERICORUM, Clericis perutilis ac necessaria.



**VASI** Stella matutina in medio nebulæ, id est, peccatorū. Proprietates huius Stellæ matutinæ possunt referri ad quemlibet Doctorem Fidei, id est, Sacerdotem. Et continentur in his versibus.

Lucis splendorem fert secū, fert quoq; rorē.  
Ingens dat lætū, vigilansq; decēs, præit ipsū.  
Solem defectum Lunæ comitans, hyemisq;  
Tempore lucefcit, cedens ætate quiescit.

**GLOSA.** Lucis splendorem fert secum, vt ibi. Vos estis lux mundi. Fert quoq; rorem, scilicet, in prædicatione, vt ibi. Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Ingens, vt ibi: Ecce Sacerdos magnus. Dat lætū, id est, facit lætū audientem prædicationem, qui est in tenebris ignorantie.

**Vigilans,** vt ibi: Beatus seruus quem cum venerit Dominus, invenerit vigilantem. Decens, scilicet, per bonam famam & honestam conversationem, Præit ipsum Solem, id est **CHRISTVM**, qui est verus Sol iustitiæ. Sicut miles

## STELLA.

Dominum suum præcedit, inimicos occidendo  
 suo gladio acuto, vt mortui mundo viuant.  
 Christo, Defectum Lunæ comitans, id est,  
 sanctæ Ecclesiæ, per compassionem. Vnde;  
 Quis infirmatur, & ego non infirmor. Hiemiq;  
 tempore lucefcit, id est, in tempore tribulatio-  
 nis apparet in calore fidei. Cedens ætate quie-  
 scit, scilicet, in vrente à feruore luxuriæ, & à ce-  
 teris vitijs. Vnde, qui potuit transgredi, & non  
 est transgressus. Salomon Memento creatoris  
 tui, &c. Apostolus. Diuisiones ministrantium  
 sunt in Ecclesia Dei, scilicet, actiui, contemplati-  
 ui, & Prælati. Vnusquisque in sua vocatione,  
 & in suo ordine, vel ministerio, vel officio in-  
 tendat, vt virtuosè & fideliter in vinea opere-  
 tur. Vnde Chrysoft. Multi sunt Prælati, siue Sa-  
 cerdotes nomine, sed pauci sunt dignitate. Vnde  
 Apostolus. Melius est esse paucos & vtilis, quàm  
 multos & inutiles. Luc. Messis quidem multa,  
 operarij verò pauci, scilicet, fideles & veri. Hie-  
 ronym. Si caritas facit precium in rebus hone-  
 stis: nihil carius Deo, & hominibus habentibus  
 rationem, bono & vtili pastore. Ioann. Pastor  
 bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Vn-  
 de ter dictum est Petro: Petre amas me? GLO-  
 SA. Amas me plusquam tuos cognatos, & ami-  
 cos, plusquam res tuas temporales. plusquam  
 te ipsum: Pasce oues meas. Vnde in Euangelio.  
Qui amat animam suam plusquam me, non est  
me

me dignus. Apostolus. Erunt homines seipso  
 amantes. Illi seipso amare dicuntur, qui ho-  
 norem suum & cōmodum plus diligunt quàm  
 honorem Dei August. in lib. de doctrina Chri-  
 stiana: Illi verè Deum diligunt, qui nihil aliud  
 quàm vt nomen Dei glorificetur, exercent. Vn-  
 de iam pauci, propter CHRISTVM, pau-  
 pertatem, cōtemptum, & dolorem sustinere vo-  
 lunt: sed contra, diuitias, honores, & suauitates  
 huius mundi cupiunt. Tales enim non susci-  
 piunt curas animarum, vel praelaturas propter  
 onus, vel propter iugum Domini: sed propter  
 honorem. Cura enim animarum, non honori  
 sed oneri debetur.

¶ Multiplex est enim quæstio, quomodo Sa-  
 cerdos vel Pastor Curam suam intrauerit, vel  
 quomodo in ea vixerit, vel qualiter eam re-  
 xerit, vel patrimonium Crucifixi expenderit,  
 vel propter quem finem eam suscepèrit, vel vt  
 pascat gregem sibi commissum verbo & bono  
 exemplo, vel vt pascatur à grege. Vnde, hoc  
 nomen Pastor deriuatur à Verbo Pasco, pascis:  
 & non à Pascor, pasceris. Vnde illud Ezechi 34  
 Pastores pascebant seipso, & gregem meum  
 non pascebant. In vltima enim ratione red-  
 denda, dicit Ioseph. ( id est Christus, qui est  
 verus Ioseph ) fratribus suis, Pastoribus Ecce-  
 liarum: Amen dico vobis, non videbitis faciem  
 meam, donec adduxeritis fratrum vestrum mi-



## STELLA

**Simum. Glosa.** Qui minimum requirit, non obliuiscitur maiorem. Vnde illud: Sanguinem eius, id est animam eius, de manu tua requiram. **Gregor.** Tot mortibus digni sunt negligentes Pastores, quot negligunt animas. Vnde videat quisq; Pastor vel Sacerdos, quomodo Curam suam intrat, vel quomodo eam regat, vel qualiter in ea uiuat, vel propter quem finem eam suscepit, vel quomodo patrimonium Crucifixi, vt dictum est, expendat: ne a Domino, in reddendo rationem, ironice ei obijciatur: Amice, scilicet, temporalium rerum, & non animarum, quomodo huc intraisti, non habens uellem nuptialem? id est charitatem: quia non propter charitatem, id est Deum, qui est uera charitas, Curam tuam intraisti, vt gregem tibi commissum, uerbo & bono exemplo pasceres, sed vt ab eo pascereris, id est, vt negligens & otiosus & uiuens luxuriosè, & obmutescente, dicat Dominus. Ligatis manibus, ne possit se defendere, & pedibus, ne possit fugere, projicite eum in tenebras exteriores, id est, continuo perpetuè uentes, quia plus dilexit lucrum temporale, quam animarum, pro quibus filius Dei mortem sustinuit. Et quia hic uixit delitiose, & totus suspirauit in peccatis, totus suspiret æternaliter in pœnis. Quantum glorificatus est in delictis uitæ huius; tantum date ei locum in tormentis, & facite eum montem in inferno, & ardeatur ut oleum

oleum in flamma: Vnde Eſay. 22. Aſportari to faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus, qui portatur de foro pedibus ſurſum erectis, dimiſſo capite, & decoquitur in olla, ſic tu decoqueris in olla gehennali, varijs cruciatibus, vt pœna cor respondeat culpæ: quia, cùm alijs maior reputaris, non generati, non cantati ſicut gallus gallinaceus maior alijs.

¶ C. V M beneficium porrigatur, valde gaudet: ſed non quærit primò quis Sanctorum Patronus ſit in Eccleſia, ſed quârum valeat in temporalibus. Vnde iam pauci curant quomodo Curam ſuam ſuſcipiant, vel intrent, aut quali ter eam regant, vel in ea viuant, ſecundùm Deum, nec Simoniam abhorrent, ſed heu iam in pluribus dominatur. Grego. Si quis intentione gradus Eccleſiaſticos, vel beneficia quærit, vt inde habeat vitæ neceſſaria: is peruerſo ordine cœleſtia mercari vult. Longe enim melius eſſet mendicare, vel arare, vnde viuat. Vnde Ioan. 10. Qui non intrat per oſtium, id eſt, Chriſtum, in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Fur eſt, furando ſibi virtutes ab alijs, latro eſt, occidendo animas. ¶ Fur non venit, niſi vt furetur, mactet, & perdat, furetur virtutes, mactet corpus, & perdat animam in gehennam ignis.

¶ **Q**UILIBET Paſtor & Sacerdos in ſe tenetur habere tria, ſcilicet, ſcientiam, elo.

## STELLA

eloquentiam, & bonam vitam. Scientiam debet habere divinarum librorum, ac eorum intelligentiam, in quibus Deum, se, & alios cognoscat. Vnde Bernar. Multi multa sciunt: seipfos autem nesciunt. Qui seipsum non cognoscit, nihil scit. Hæc est enim probatissimi scientia inter Philosophos seculares. Dicit enim: Cognosce teipsum, quoniam Augustinus in libro de sancta Trinitate Dei, præfert scientiæ celestium, terrestrium, & infernorum, propriam cognoscere infirmitatem. Vnde & Bernardus, Domine da mihi scire te, cognoscere me, diligere te. Eloquentiam debet habere discretam, ut ea quæ scit & intelligit, alijs prædicet, ne abscondat pecuniam Domini sui, & non sit canis mutus in domo, id est, in Ecclesia. Vnde Esai. 58. Clama, ne cesses, & annuncia populo meo scelera eorum. Tullius. Eloqui copiosè modò prudenter, melius est quam vel acutissime sine eloquentia cogitare. Item: Eloquentia est scientia recte profereudi ex cogitatione, cum ornatu verborum, & pondere sententiarum: Ideo efficacius est audire quam audiri. Vnde Grego. In scientia Sacerdotis nec est venia nec excusatio. Danie. 12. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti ( id est, solis ) & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Vnde Apostolus. Duplici honore honorandi sunt Sacerdotes.



dotes. Primò, propter officij dignitatem. Se-  
 cundò, propter doctrinam, præcipue illi qui fi-  
 deliter laborant in Euangelio, quia ordo fide-  
 lium Prælatorum est præcipuus. Vitam bo-  
 nam tenetur habere Sacerdos, vt quæ ore præ-  
 dicat, opera compleat. Act. 1. Cæpit IESVS  
 facere, & docere. Hieronym. Quid enim aliud  
 est bene loqui, aut prædicare, & peruersè vi-  
 uere, quam proprio ore seipsum condemnare?  
 Orige. Qui alium non instruit, seipsum doce-  
 re non potest. Gregor. Non in verborum splen-  
 dore prædicator gloriatur, sed in opere virtu-  
 tum. Hierony. Doctoris est lapsis manum por-  
 rigere adiutricem, & errantibus iter veritatis  
 ostendere. Gregor. Bonus doctor est qui humi-  
 liter seruat disciplinam, & per disciplinam non  
 incurrit superbiam. Chrysost. Vis bonus apa-  
 rere, circa vitam tuam esto austerus, circa alio-  
 rum peccata esto benignus. Audiant homines  
 parua mandantem, & graua facientem. Grego.  
 Cuius vita despicitur, &c.

¶ Quiuis enim Pastor siue Sacerdos, sit sedu-  
 lus in Cura sibi commissa, & in bono, fidelis  
 prædicator, vt præco Domini, vt paret Domi-  
 no plebem perfectum. In cathedra, vt prius  
 & discretus iudex. In confessione, mediator in-  
 ter Deum & peccatorem. Vnde Chrysostom.  
 Non erramus immodicum pœnitentiæ iniungea-  
 tes. Nonne melius est propter misericordiam  
 reddo

## STELLA

reddere rationem, quàm propter crudelitatem?  
 Nam ubi paterfamilias est largus, dispensator ei  
 non debet esse tenax, sed benignus, nam Deus est  
 benignus. Ut quid Sacerdos austerus?

**S** I T etiam Sacerdos, vel Pastor, pius in af-  
 flictorum compassione, & hospitalitate, &  
 in Eleemosynarum pro posse largitione duplici,  
 scilicet, spirituali & corporali. Spiritualis hoc  
 versu continetur,

Corrigo, parco, precor, doceo, fero, cōsulo, solor  
 Corrigo errantem, parco inimicis. precor pro  
 inimicis, doceo insipientes, fero sustinentes, cō-  
 sulo pusillanimes, solor tribulatos, Corporalis  
 continetur in hoc versu.

Colligo, poto, cibo, redimo, tego, visito, cōdo.  
 Sunt etiam septem species Eleemosynæ. Pri-  
 ma est, quam homo sibi ipsi dat. Vnde Salo-  
 mon, Miserere animæ tuæ placens Deo. Idem.  
 Qui sibi nequam, cui bonus? Secunda Eleemo-  
 syna, ponitur supra pedes Domini, quam dat  
 ostiam mendicantibus, & peregrinis, & hospi-  
 tibus in hospicio colligendo propter Deū. Vnde  
 Esa, 58. Frange esurienti panem tuum. August.  
 Eleemosyna est unguētum, quo Maria Magda-  
 lena unxit pedes Domini, id est, pauperes, qui  
 sunt membra eius. Tertia, ponitur in gremium  
 Domini, quæ datur leprosis, infirmis, & captivis  
 præcipuè inter paganos. Vnde Ecclesia, Abscō-  
 dite eleemosynam in sinu pauperū. Quarta, po-  
 nitur

bitur in manus Domini quam homo dat viduis,  
 & orphanis, & illis quos pudet mendicare, &  
 qui magnum defectum sustinent propter hono-  
 ré temporalé, præcipue auté quam dat amicis,  
 & cognatis, & indigentibus. Vnde illud. Et car-  
 nem tuam ne despexeris. Cato.

Ignoratum tibi volito præponere notis.

¶ Quinta est, quæ ponitur supra cor Domini:  
 cum homo dimittit offensas sibi illatas verbis,  
 iniurijs, & rebus ablatis. Vnde dimittite, & di-  
 mittetur vobis. Sexta, ponitur in os Domini,  
 quando quis offert ad aram pro posse suo, de re-  
 bus iustè acquisitis, vbi offertur sacrosanctum cor-  
 pus Domini, pro salute viuorum & mortuorum,  
 & cum quis dat Sacerdotibus eleemosynam, cu-  
 iuscunq; professionis, vel ad calicem, vel ad or-  
 namentum & decorem domus Domini.

¶ Vnde Apostolus. Operemur bonum ad omnes  
 dum tempus habemus, maximè auté ad domesti-  
 cos fidei & Doctores, scilicet, Sacerdotes, qui sūt  
 illuminatores fidei. Septima est, cum qua Chri-  
 stus totus vestitur, quæ datur p̄ mortuis qui sūt  
 in Purgatorio. Vnde, 2. Machab. 12. Sæcta & salu-  
 bris est cogitatio pro Defunctis exorare, &c. Sæ-  
 cta est, pro cõpassione, salubris est, pro eleemo-  
 synarum largitione. Vnde Matth. Date eleemo-  
 synâ & munda erunt vobis omnia. Danie. Redi-  
 me eleemosynis peccata tua. Bern. Eleemosyna  
 data in vita, est lucerna quæ illuminat animam,



## STELLA

ne cadat in tenebras æternas. Idem. O homo si  
 jejunas, in hoc differs à Diabolo, quia ipse nun-  
 quàm comedit, si filētū tenes, ipse nūquam ver-  
 bis defluit. In hoc solūm maximè Diabolum su-  
 peras, si elemosynis operá præstas. Beda. Fru-  
 stra adoraturus manus suas expandit ad Deum  
 qui eas ad subueniendum, proposse suo, pauperi  
 non ostendit. Apostolus. Pietas ad omnia valet.  
 Nā si quis lubricum carnis patitur, vapulabit, sed  
 nō peribit, Hiero. Nō memini me legisse, aliquē  
 esse damnatum in hoc seculo, qui vitam duxit li-  
 beralem. Grego. Nunquā est vacua manus à mu-  
 nere, aut propter mun⁹, vbi est arca cordis reple-  
 ta bona voluntatē. August. Quidat propter præ-  
 sentium pudorem, vt interpellātis tēdio careat,  
 rem & meritum perdit. Vnde versus.

Da facie læta, sine letitia faciei. (scilicet, tuę)

Si dederis, perdis rem meritumq; rei.

Aposto. Hilarem datorem diligit Deus. August.  
 Eleemosyna est res sancta, augens præsentia, &  
 minuens peccata, sepeans à Dæmonibus, iun-  
 geos Angelis, & est quasi murus inexpungabi-  
 lis circa animam. Thobias. Fiducia magna erit  
 coram summo Deo, Eleemosyna, omnibus fa-  
 cientibus eam. Item. Eleemosyna ab omni pe-  
 cato, & à morte liberat, & non patietur animā  
 ire in tenebras æternas. Salomon. Sicut aqua  
 extinguit ignem, sic eleemosyna peccatum. E-  
 leemosyna enim extinguit ignem peccati, ignem

iræ Dei, & ignem totius gehennæ.

[A M dictum est de Eleemofyna duplici, scilicet, spirituali, & corporali, & de speciebus eius, cum authoritatibus probatis. Nunc dicendum est de suffragijs, quibus Sacerdos animabus existentibus in Purgatorio suffragari tenetur, quorum eleemofynis usus est, & vitur, quibus animabus purgandis in pœnis Purgatorij, annus pro die statuitur in pœnitentia in hac vita neglecta, vel non peracta. Quæ animæ sunt tertia pars Ecclesiæ, expectantes in Purgatorio liberationem. Exemplum de filijs Israël, per desertum transcuntibus quadraginta annis, quod quadraginta diebus transissent si contra Deum non peccassent. Triplex enim dicitur Ecclesia, scilicet, in hoc mundo militans, in cœlo triumphans, in Purgatorio expectans, vt prædictum est, liberationem, quibus quatuor modis præcipuè, potest subueniri. Versus.

Missæ, preces, dona, ieiunia, quatuor istæ.

Absoluunt animas quas purgâs detinet ignis:

Qui ignis, & cæteræ pœnæ Purgatorij, grauioribus & acerbioribus sunt, quàm omnes pœnæ Martyrum, & omnia genera tormentorum, quæ in hoc mundo à tyrannis potuerunt excogitari & adinueniri: quarum animarum numerus omnium viuentium multitudinem excedit. Vnde Augustinus. Nescit qui petit, quid Purgatorium petit. O Deus quam dulce erit in hoc seculo

## STELLA

satisfacere. Dico quòd est grauius in peccato  
 esse, quandiu oculus claudi & aperiri potest,  
 quàm illa pœna quàm habuit beatus Laurentius  
 in craticula. Vnde vna lachryma de puro corde  
 plorata, plus purgat quàm decem anni in Purga-  
 torio. Tamen inter duo mala minus malum eli-  
 gendum est. Vnde clamant animæ vt Iob, Mi-  
 seremini mei miseremini mei, saltem vos amici  
 mei, quia manus Domini tetigit me. Duplex e-  
 nim manus in hoc loco intelligitur, scilicet, ma-  
 nus tangentis, id est, in Purgatorio animas pur-  
 gans expectantes liberationem, & manus dam-  
 nantis, scilicet, in inferno. Vnde Machab. San-  
 cta & salubris est cogitatio p̄ Defunctis exora-  
 re. Sancta, per compassionē charorum: salubris,  
 per eleemosynam largitionem, & orationem  
 fidelium, & præcipuè Sacerdotum, quibus com-  
 mittuntur animæ, quia Eleemosynæ sunt preci-  
 bus animarum: Oratio vestra potus: Ieiunia, fi-  
 delium magna refectio & conuiuium: Peregrina-  
 tio charorum, pœnarum alienatio & excu-  
 ptio. Indulgētia verò eis data, prodest, p̄ vt hic  
 meruerant dum viuerent. Vnde legitur in Com-  
 mendationibus animarum, Deus cui soli cōpetit  
 medicinā præstare post mortem, id est, indulgē-  
 tiam, quia ibi animæ sunt de foro Ecclesiæ, expe-  
 ctantes liberationē, scilicet, in Purgatorio, quas  
 manus Domini tetigit, vt dictum est. Præ om-  
 nibus autem remedijs, quibus animabus in Pur-  
 gatorio



gatorio existentibus, subueniri potest: *Missa* præcellit, *Gregorius*, O quantum & vniuersum Dei dominum: quia nunquam diuina celebrantur mysteria, quin ibi concurrant duo virtuosa opera, scilicet, vnius peccatoris cōuersio, vel ad minus, vnius animæ de Purgatorio liberatio. Vnde caueant hæredes parentum & charorum mortuorum, commissarij testamentorum, & maximè Sacerdotes, & cæteri quibus animæ committuntur, vel quorum elemosynis vsi sunt, vel vtuntur: ne aliquo modo eis hæc remedia subtrahant vel differant, quia eorum viaticum est, quia, pro furto & summo sacrilegio eis reputatur. Quia, primò mortaliter peccant in Deum, quia eas sanguine suo redemit. Secundo in sanctos, & in omnes Angelos, de quorum collegio sunt, dum liberantur. Tertiò peccant in omnes animas existentes in Purgatorio, quia impediunt earum absolutionem. Quartò peccant in omnes Christianos viuos, pro quibus animæ liberatæ à peccatis orarent, & intercederent ad Deum, pro quibus negligētes tales, si non satisfecerint in præsentia, grauitè punientur, & in futuro seculo damnabuntur.

¶ Sequitur vt supra dictum est, vt quisvis Pastor sit sedulus, & feliciter sollicitus pro grege sibi commisso, scilicet, pro viuis & pro defunctis & non personarum acceptor: quia Christus generaliter vno eodemque precio omnes redemit, vt mereantur à Domino directè com-

## STELLA.

mendati, dicente, Euge serue bone, quia super  
pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.

**Q**UO ergo ordine censetur ille qui semper  
abiens est à Cura sua, nec præest vt Pastor,  
nec regit vt mercenarius? In illo certè ordine,  
in quo nullus ordo, sed sempiternus horror in-  
habitat. Bernar. Miror Clericos aliud esse, quàm  
quod apparet in vestitu & habitu. Nempe habi-  
tu milites, quæstu Clericos: actu neutrum exhi-  
bent, Nã neq; vt milites pugnât, neq; vt Clerici  
enâgelizât. Plures ex eis viuunt cõtra Canones,  
& Statuta Ecclesię: cõtundentes seipsos, & toti<sup>9</sup>  
cleri honestatē. Et quia hic cū omnibus peruei sē  
viuentes, moribus & vita participât, omni pœ-  
na in futuro puniētur. Vnde Orige Vnūquodq;  
quod est peccatū, habet suū Daemonium, & vnū  
quodq; Daemonium, habet suum supplicium.

¶ Attendite ergo o vos Sacerdotes ad quid vo-  
cati estis electi, & constituti, vt dictum est: &  
seruite Deo in sanctitate & iustitia. Vnde Apo-  
stolus. Non enim vocauit nos Dominus in im-  
munditiam, sed in sanctificationem. Idem.

¶ Hęc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt  
sciat vnusquisq; vas suum, scilicet, corpus, in san-  
ctificatione possidere: quia, Ambulans in via  
immaculata, id est, in castitate mentis & corpo-  
ris, hic mihi ministrabit in tanti corporis mini-  
sterio, & ego Dominus exaudiam eū. Vnde Au-  
gust. Quid prodest si castitas seruatur in corpo-

re, & mentis integritas intus polluitur in mente?  
 Cæsarius, Virginitas in corpore nihil prodest, si  
 charitas à corde discedat, & humilitas, nec tunc  
 carnis integritas seruetur, & animus timore su-  
 perbiæ corripitur. Bernar. Superba castitas nõ  
 est vera castitas, sed ornatum Diaboli prostibu-  
 lum. August. Animaduertite ó vos Sacerdotes,  
 in quanta puritate & tremore debetis accedere  
 ad istud sacrificium, quod Christus accessurus,  
 sanguinem sudavit præ angustia, vbi Christus  
 Sacerdos mirabiliter & ineffabiliter se se obtu-  
 lit. Vnde dicatis cum Propheta In toto cor-  
 de meo exquisiui te. Cor mundum crea in me  
 Deus, id est restaura, & spiritum rectum inno-  
 ua in visceribus meis, vt te perfecte diligere, &  
 digne laudare merear.

**Q**UID ergo dicendum est de Sacerdoti-  
 bus manifestè cohabitantibus cum mulie-  
 ribus, vel adulteris, vel fornicantibus, vel pro-  
 prias oues violantibus, vel ebriosis, vel lasciuis  
 & secularibus pluribus negocijs & vanitatibus  
 implicatis? Committimus enim conscientijs E-  
 piscoporum, & eorum Prælatis, Hierem, Ali-  
 eni erroris non est nostrum reddere rationem, sed  
 Prælatorum. Bernar. Integritatis tuæ sis dili-  
 gens explorator, non alieni. Quid ergo de illis  
 iudicandum est, qui sponsam Christi vio-  
 lant? Hieron. Sicut scelestius est sacrosanctam  
 Ecclesiam temerarie destruere, quam domum



## STELLA

plebeam ita scelestius est iponsam Christi violare quam iponsam proximi.

¶ Glosa super Leuiticum. Cūm Diabolus super omni peccato gaudeat, maximè congaudet fornicationi, maximè in sacerdotibus, & religiosis, qui sunt ministri altaris. Hierony. Acerbiora gehennæ tormenta sunt quibus fornicatores & adulteri debētur. Idem. Quid tibi cū mulieribus, tu Sacerdos qui ad altare Dei famularis in cuius loca stas? Dic Sacerdos, qui eisdem labijs oscularis filium Virginis, quibus osculatus es filiam Veneris? O impie Iuda, osculo filium hominis tradis? Bernard. O Sacerdos, corpus tuum efficitur quotidie sepulchrum Christi. Quomodo ex ore tuo egreditur falsitas, p̄ quod ingreditur tanta veritas? scilicet, ipse Christus. Quomodo oculi tui aspiciunt vanitatē, qui inspiciunt tantam veritatem? Quare man⁹ tuę extenduntur ad illicita, quæ tractant tenētem omnia? Quare te ingurgitas ebrietate, qui plenus esse deberes Dei bonitate? August. Si Sacerdos sit vas incontinentiæ & libidinis, iuxta filiū Virginis in altare, statue idolum Veneris, & cū ore polluto profert verba Canonis. Os enim eius amaritudine & dolo plenum est. Quamuis enim oret labijs, tamen in faciem expuit Saluatoris. Et cū præsūmit sumere corpus Dominicum in os eius pollutum, leuius esset ei quòd projiceret ipsum in lutum, Bernardus. Veri sacerdotes  
qui

qui in carne ambulant, Deo placere non possunt  
 qui placere meretrici cupiunt & presumunt.  
 Idem. Turpissimum est manus Deo dedicatas,  
 & sacro chrismate consecratas pudendis mulie-  
 rum ingerere, & post hoc sacrosanctum corp<sup>9</sup>  
 Dominicum tangere. Canon. Nullus presumat  
 audire Missam à Presbytero, quem pro certo no-  
 uerit habere concubinam. August. in decreta. 40.  
 cap. de vita Præbyterorum, dicit quod pl<sup>9</sup> pla-  
 cet Deo rugitus leonum, siue mugitus boum, &  
 grunitus porcorum siue suum, quam cantus in  
 choro Præbyterorum cantantium luxuriantium.  
 Grego, in decreta. 40. cap. Si quis Præbyter,  
 Diaconus, vel Subdiaconus, iacuerit in infamia  
 fornicationis, inhibeo introitum Ecclesię, donec  
 satisfaciat de mala fama sua Deo, & populo, & si  
 non satisfaciat, inhibeo vobis ne aliquis vestrum  
 audeat audire officium eius, quia omnes benedi-  
 ctiones eius conuertuntur in maledictiones, te-  
 stante Malachia Propheta. Maledicam, inquit,  
 benedictionibus vestris, quia manus vestrę ple-  
 nę sunt sanguine. Bern. O quam temerarium &  
 quam nefarium est, pollutis manibus tractare fi-  
 lium Virginis, & ore sordido sumere. Quę mens  
 nõ rapitur ad excessum? qui ocul<sup>9</sup> nõ erubescit?  
 quis auditus non terretur, vbi mundi precium  
 proijcitur in sterquilinum? id est, in os immun-  
 di Sacerdotis. Mirum est quòd talis tunc non  
 veretur Angelum Dei stare iuxta se, qui fecerit

## STELLA

eum per medium, & tales bene possunt vocari  
 presbyteri Susannæ. Augu. O tu indigne sacer  
 dos, non plus me affligere peccando, plus enim  
 me vuln<sup>9</sup> peccati tui lædit, quam vulnus lateris  
 mei. Ideo, Magis derelinquunt qui iam regnantē  
 in cœlis contempnunt peccādo, scilicet, indigne  
 corpus Christi tractantes & sumētes, quā qui  
 crucifixerunt eum ambulātem in terris: nō qua  
 si crucifigentes, sed quasi misterium Sacramenti  
 indigni cōfectores, & præsumptuosi præcepto  
 res. Quia illi semel Deum crucifixerunt in ter  
 ris. Indigni quantum in eis est, indigne tractan  
 tes & sumentes, quotidie crucifigunt. Ambro.  
 Qui indigne Christum sumit, idem est ac si  
 ipsum interficiat. August. Melius est spiritua  
 lia penitus ommittere, quam indigne tractare,  
 vel tãgere. Ideo. Inter omnia misericordiæ Dei  
 opera, quæ ab initio impensa sunt salutem homi  
 num, nihil mirabilius, nihil excelenti<sup>9</sup>, quam pro  
 mundo crucifixus est Dominus, Leo Papa. Ma  
 gis admiranda est Dei humilitas, quam sua ma  
 jestas. Augu. Minima gutta sanguinis Christi  
 suffecisset ad redemptionem generis humani,  
 sed ideo maior copia sanguinis data est, vt co  
 piosior claresceret Christi affectus nos diligen  
 tis. Vnde Bernar. Patet enim amor Christi nos  
 diligentis in vulnere lateris,

**A**TTENDE ergo o homo quantum pro  
 te datum sit, & maxime tu Sacerdos qui cor  
 pus



pus & sanguinem tractas Domini. Timendum  
 verò est quòd Dominus tales Sacerdotes indi-  
 gnos, vt dictum est, non exaudiat, sed magis ad  
 iracundiam eum prouocant. Vnde illud. Pro-  
 uocauerunt eum filij ei⁹ & non filia, sed belial  
 in sordibus, id est, in peccatis: ideo Dominum  
 non placant, sed magis offendunt eum. Nam  
 etiam loca sacra quæ tangūt & calcant, quandiū  
 sunt in peccatis, obstinati contaminant. Berna.  
 Sacerdos sine offensa viuat, qui pro offensis  
 iudicem Deum interpellat, ne offensum potius  
 ad iracundiam prouocet, quàm compescat. Au-  
 gust. Maius præiudicium Deus in mundo nõ  
 patitur ab hominibus viuentibus, quàm à Sacer-  
 dotibus carentibus scientia & bona vita. Ideo,  
 Plus placet Dei ulularus canum vel luporū, quàm  
 cantus inimicorū, id est, Clericorum malorum.  
 Greg. Nihil est quod tantum offendat Ecclesiã  
 Dei, quam quòd indigni assumãtur ad regimen  
 animarum. Vnde Prælati quidem nunc tēporis  
 parū curant quos iam ad Ordines recipiant, vel  
 admittant, vel quibus in Sacerdotes promouen-  
 dos manus imponant. Vnde laici iam clerum vil-  
 lipendunt, & clauis Ecclesiæ minime curant, to-  
 tamq̃ dignitatem Sacerdotum: quia negligētes  
 & cæci sunt duces eorum, & ductores cæcorū.  
 Apost. Cauendū est, ne cū alijs prædicauerim,  
 ipse reprobus efficiar. Prædicat quidē, non mœ-  
 chandum, & ipsi mœchatur, non furandū, & ipsi

## STELLA

furantur & cætera vitia, quæ tam verbis quam factis inordinate viuentes, perficiunt. Hæc autem omnia Prælati committimus, & Ecclesiasticæ correctioni corrigenda.

¶ O vos ergo Prælati & Presbyteri, in vobis pendent animæ vestrorum subditorum, vobis commissorum. Præbiter dicitur, quasi præbēs iter gregi sibi commisso, verbo & vitæ bono exemplo, etiam pro posse, temporale subsidiū. Et non tantum quærat lucrum rerum temporaliū, sed animarum, pro quibus filius Dei mortem sustinuit. Vnde dicit Dominus. Quem perditam de manu pastoris requiram.

**L**egitur in lib: 3: Regum, cū Regina Sabai in aula Salomonis Regis intuita esset ordines ministrantium ad mensam Regalem, & omnē ornatum Curie & familie, præ omnibus laudauit ordinē Pincernarum. Erant enim vnius benedictionis. Aula Salomonis, Ecclesiā signat: Regina, mensam, scilicet, summi Regis, id est, altare in quo conficitur, tractatur, sumitur, & fideliter ministratur sacrosanctum corpus Christi, Cui mensæ diuersi Sacerdotes deseruiunt, & Angeli infiniti, qui dicuntur Virtutes cælorum. Huius mensæ, scilicet, altaris, Sacerdotes sunt pincernæ, ideo deberent esse vnius benedictionis, id est, vnius sanctæ conuersationis in aula summi Regis, vt possint dicere cum Propheta. In domo Domini ambulabimus cum consensu,  
id

## CLERICORVM.

id est, in Dei voluntate. Qui pincernæ, scilicet,  
 Sacerdotes, præ omnibus sunt electi & constitu-  
 ti ad diuina libamina infundenda, & ad honorã  
 summi Regis, & familiæ, id est, fidelibus propi-  
 nanda. Vnde eis dicitur per Prophetã: Mundami-  
 ni qui fertis vasa Domini, id est, præparate illi  
 corda vestra in omni virtute, & munditia, inte-  
 rius & exterius. Interius, per charitatem, exteri-  
 us, per bonam famam, & honestam conuersatio-  
 nem, vt digni sitis bibere de manu Domini cali-  
 cem vini meri plenum mixto. Psal. Calix meus  
 inebrians quam præclarus est. Cant. Bibite vinũ  
 quoq; miscui vobis, scilicet, in mea passione, san-  
 guine & aqua de latere meo profiliẽte, & inebria-  
 mini vino meæ dilectionis, nõ tantũ dico mero,  
 sed meracissimo, scilicet, illius vux de qua legi-  
 tur, vt biberent sanguinem vux meracissimum,  
 id est, sanguinẽ filij Virginis intemeratæ Vux  
 dico illius vitis, quæ dixit. Ego sum vitis vera,  
 & pater meus agricola est. Nobilis est vinea, in  
 qua Pater cœlestis agricola est, nobilis vitis, fi-  
 lius Dei est, nobiles palmites, scilicet, Apostoli.  
 Nobile vinum eius cuius Sacerdotes sunt pincer-  
 næ, scilicet, illius sanctissimi vini, id est, sangui-  
 nis CHRISTI, qui profluit detorculari,  
 quod Dominus solus in ara Crucis, dum pate-  
 retur mortem, calcavit, qui omnibus, scilicet,  
 sanguine vux prædicatione in eum credentibus,  
 propinaret meracissimum, quem assumpsit ho-  
mo



## STELLA

mo factus de mundissima carne gloriosæ virgini-  
nis Mariæ.

¶ **E**Y A vos Sacerdotes, pincernæ veri Salomo-  
nis, id est, I E S V Christi, & camerarij, & secre-  
tarij, & dispensatores ministeriorum Dei, dili-  
genter attendite in quo gradu & dignitate sitis  
constituti, scilicet, super omnia Domini. Vnde  
August. Quid potuit Deus plus facere Sacerdo-  
tibus, quam seipsum creare, tractare, sumere,  
ministrare? Ergo redite ad cor, & inspicite illud  
privilegium insigne vestræ dignitatis. Quinque  
enim sunt dignitates Sacerdotum præ cæteris.  
Prima, dicitur Sacerdos, quasi sacris dotatus,  
scilicet, sacris Ordinibus, quia ipse est in summo  
gradu, qui est Sacerdotum. Secunda, dicitur,  
quasi sacris deditus, id est, Sacramentis sacri-  
ficans Sacramenta. Nam ipse sacrificat sacrosan-  
ctum corpus Domini cum verbis, signis, prodi-  
gijs, & cætera Sacramenta. Tertia, dicitur, qua-  
si sacra dans. Dat enim Bpatisimum, Confessio-  
nem, Pœnitentiam, Indulgentiam, Eucharis-  
tiam, Benedictionem, & Extremam Vnctio-  
nem. Quarta dicitur Sacerdos, quasi sacra do-  
cens. Docet enim verba sancti Evangelij, & Ar-  
ticulos rectæ Fidei, Quinta, dicitur sacer dux,  
quasi ducatum præbens. & iter, populo Dei ad  
regna cœlorum, verbo sanæ doctrinæ, & vitæ  
bono exemplo. Vnde Versus.

Sacris dotatus, & sacris deditus, atq;

Sacra

## CLERICORVM.

Sacra docēs, sacra dās, & dux sacer, esto sacerdos  
 Bernard. Elegi mihi in Sacerdotem dignum  
 mansionum habitaculum tanquā in vāle vitreo.  
 Quia licet vitrum de vili materia sit, tamen pro  
 batur clarius super aurum & argentum. Sic qui  
 libet Sacerdos, quamuis sit peccator, tamen præ  
 lucet omnibus alijs Regibus & Principibus, &  
 est omni creatura dignior. Vos estis genus ele  
 ctum, gens sancta, regale sacerdotium, populus  
 acquisitionis, non solum temporalis electionis,  
 sed æternæ prædestinationis. Elegit autem vos  
 ante mundi constitutionem, qui nondum eratis  
 nisi prædestinati, Et est notandum, quod Præ  
 destinatio nihil aliud est, quā gratiæ vel glo  
 riæ præparatio, scilicet, in præsentī, & gloriæ in  
 futuro. Vnde Augu. super illo verbo: Elegit,  
 & præelegit. O presbyter siue Sacerdos, si Deus  
 sic te elegit, redde rationem villicationis tuæ,  
 quid vel quod in hoc seculo elegeris, dum Deus  
 vltionem a te requiret: quia scriptū est, Cui plus  
 donauit, plus requiretur ab eo.

**O** Veneranda Sacerdotum dignitas, si digne  
 & Sacerdotaliter vixeritis, intra quorum  
 manus, velut in vtero Virginis, filius Dei incar  
 natur. O cœleste mysterium, quod per vos Pa  
 ter, & Filius, & Spiritus sanctus tam mirabiliter  
 operatur, super tam ineffabili mysterio vestro,  
 quod vno eodemq; momento, idem Deus, qui  
 præsidet in cœlo, in manibus vestris est sacrifi  
 cium.

## STELLA

etiam. Gregorius. Hoc tam insigni privilegio  
 sty et cœlum miratur terra, veretur homo, hor-  
 rescit infernus, contremiscit diabolus, vetera-  
 tur plurimum Angelica celsitudo. Quid (ergo)  
 retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit  
 mihi? Verbi gratia. Ille qui creavit me, dedit  
 mihi creare se, qui creavit me, sine me, creatur  
 mediante me. Quid (ergo) retribuam Domi-  
 no, pro tam singulari dono Sacerdotij mihi im-  
 penso? quod est datum optimum, & donum  
 perfectum: quasi dicat, nescio, nisi duo minuta,  
 scilicet, corpus & animam, corp<sup>9</sup> quidem in ser-  
 vitudinem, animam verò in laudem. Vnde Psal,  
 145. Lauda anima mea Dominum.

¶ Considerate ergo mirabilem vestræ excellē-  
 tiæ dignitatem, qua vos Deus non solum præ  
 cætero hominum genere honoravit, sed etiam  
 præ cunctis creaturis, quas ad laudem & glo-  
 riam nominis sui creavit. Vnde Dominus, Ego  
 constitui te super gentes & regna, vt deleas pec-  
 cati maculam, & ædifices corda hominum pœni-  
 tentiam agere volentium, & disperdas errores,  
 & plantes virtutes in animab<sup>9</sup> vivificadis. Vnde  
 Dominus. Ego vos elegi de mundo, & posui  
 vos ad gratiam, vt eatis volendo, & fructum  
 afferatis fideliter operâdo, & fructus vester ma-  
 neat in æternum cōgregando. Bern. Nullus fru-  
 ctus charior Deo est, quàm fruct<sup>9</sup> animarū, pro  
 quibus mortē sustinuit filius Dei. Qui enim Deo



in omnibus hominibus lucratur vitimas, per  
 Baptismum regenerat, per Confessionem, & per  
 Penitentiam reuocat, & eos Sacramento Eucha-  
 ristiae cibant: quasi dicat, nullus, nisi Sacerdotes.  
 Malach. Labia Sacerdotum custodiunt scientiam,  
 scilicet Dei, quia Angelus Domini exercituum est,  
 Angelus in conuersatione Angelus in diuinarum  
 gratiarum actione, Angelus in ardore charitatis,  
 Angelus in subiectionis humilitate. Salua reue-  
 rentia Angelorum, quorum infinitus est nume-  
 rus, dico quod maiores estis quam Angeli, & pre-  
 cellitis dignitatem eorum, largo modo loquendo.  
 Cui namque Angelorum tradidit Deus quod da-  
 tum est Sacerdoti: scilicet, Quodcumque ligaueris  
 super terram, erit ligatum & in caelis, &c.

**N**OTA. Duae clauae sunt, scilicet, scientiae  
 & potestatis, a Domino, beato Petro, &  
 caeteris hominibus traditae, non omnibus qui-  
 dem, sed solis Sacerdotibus, & successoribus  
 suis. Licet enim solus Deus peccata remit-  
 tamen nunquam vel raro siue suis ministris id  
 est Sacerdotibus. Quod probari potest per le-  
 prosos, quos cum Dominus mundasset, dixit:  
 Ite, ostendite vos Sacerdotibus, & humiliter obe-  
 dite, & dum irent mundati sunt, Probari etiam po-  
 test per Lazarum, quem cum Dominus suscitaf-  
 set a mortuis, dicit discipulis suis. Soluite eum,  
 & sinite abire. Et quare ipse Dominus non soluit  
 eum a vinculis cordis, qui saluauerat eum a vin-  
 culis

## STELLA

culis mortis. Et quare nō iussi Mariam, & Martham sorores eius solvere, vel Iudeos cognatos eius, qui erāt ei propinquiores debito naturali quam discipuli Domini. Per hoc euidenter patet, & probatur, quōd solis Sacerdotibus data sit potestas à Domino ligandi atque soluendi; ¶ **¶ C C E** quanta Dei benignitas, & Sacerdotum dignitas, quia ipse Dominus quādoque per malos, bonum operatur, & hoc ideo ne clauēs Ecclesiæ à fidelibus parvipendantur. Quia si aliquando Sacerdotes non habent ex merito, tamen habēt ex officio dignitatis. Et si quis Sacerdotum indignus sit, quod absit, hoc sibi, non tibi. Ecce quanta potestas vobis Sacerdotibus data est, quia linguæ vestræ clauēs cœli factæ sunt. Bernar. O quantam dignitatem contulit vobis Deus. Quanta est prærogatiua ordinis Sacerdotalis. Prætulit vos Regibus terræ. Prætulit hūc ordinem omnibus hominibus, immò vt altius loquar, prætulit vos Angelis, Thronis, & Dominationibus. Sicut enim non Angelos, sed semen apprehendit Abrahæ, ad faciendam redemptionem, sic non Angelis, sed hominibus, scilicet, solis Sacerdotibus corporis & sanguinis sui commisit consecrationem.

¶ Nota, quod in quinque verbis Sacerdotis stantis ad altare Dei, & dicentis verba Canonis, Hoc est enim corpus meū, quibus verbis Dominus dedit vinū conficiendi in cœna Prælati, vel

In laceratione, sanguine & aqua de hoc latere p  
 fluente, dicens. Hoc facite quotiescumq; sumitis  
 in meam commemorationem, id est, ob mei amo  
 ris memoriam, quam exhibui in Cruce passus pro  
 vobis: tunc enim, vt dicit Berna. cœli cœlorum  
 aperiuntur, & ipse Christus qui est in sinu Patris,  
 mox venire dignatur in manus Sacerdotis: cui  
 Virtutes cœlorum deseruiunt, & panis in alta  
 ri in verum corpus Christi, & vinum in sangui  
 nem eius conuertitur & transmutatur, & sub  
 modica forma panis totus velatur verus Deus  
 & homo. Vnde Esaias. Verè tu es Deus abscon  
 ditus, scilicet, in hoc pane, & medicina sub ne  
 bula. Psal. Mirabilia opera tua Dñe, scilicet, in  
 hoc Sacramēto corporis & sânguinis tui, & anima  
 mea cognosceat nimis, scilicet credēdo firmiter,  
**C**VM ergo tantæ dignitatis sit Sacerdos,  
 quod creator sit sui creatoris & totius crea  
 turæ: ipsum perdere vel damnare inconueniens  
 est. Vnde Isidorus. Sicut patrem interficere fi  
 lium impossibile est, sic creatorem perdere crea  
 turam inconueniens est. Sicut in Ecclesia reli  
 quia Sanctorum, quorum animæ in cælis sunt  
 conduntur, sic ipse Deus requiescit in corde di  
 gni Sacerdotis. Bernar. Elegi eum, & prælegi  
 mihi cor digni Sacerdotis, in habitaculum dig  
 num meæ mansionis, tanquam in vase vitreo.  
 Licet vitrum sit de vili materia, tamen splendi  
 dius est auro & argento. Sic Sacerdos præluceat  
 digno



## STELLA

dignior & maior coram Deo, omnibus hominibus, Regibus, & Principibus huius mundi in sua dignitate. Vnde, honorandi sunt Sacerdotes, quibus Deus tantá in mundo præ omnibus hominibus contulit gratiam & honorem. Vnde Dominus. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Apostol. Qui vos conturbat, scilicet, indebite, iudicium portabit, quicumq; est ille Zachar. Qui vos tangit Sacerdotes, offendit pupillam oculi mei. Et Dominus in Psal. Nolite tangere Christos meos, quos & Prophetas vocat Dominus, & in Prophetis meis nolite malignari.

¶ Legitur de Alexandro Rege magno, quòd cum venit Hierusalem ad expugnandum eam, occurrit ei Sacerdos Iudæorum in ornatu Pontificali. Quæ fuit Rex, quis esset? & dictum est ei, quòd esset Sacerdos altissimi. Ipse vero ab equo descendens, humiliter inclinando, honoravit eum, & sic Iudæi per eum obtinuerunt gratiam Regis. Quanto magis sacerdotes Christianorum huius temporis honorandi sunt, quum ipse Deus honoratur in ipsis, cuius camerarij sunt & ministri Salomon. Dabitur illis, scilicet sacerdotibus, electum Dei donum, & fors in templo Dei altissimi, scilicet, fors duplex, gratiæ & gloriæ. De sorte gratiæ. Psal. 30. In manibus tuis sortes meæ, id est, ordo & vitæ electionis. De sorte gloriæ. Dan. Stabis in sorte tua in finem dierum.

Sapi

Sapi. Ecce quomodo computati sunt, scilicet, sacerdotes, inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est, scilicet sacerdotum. Meritò ergo gaudete, & benedicite vos sacerdotes Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula, qui vos ad tantam gloriam elegit.

**V**ENIT filius hominis quærere, & non se ducere, saluare, & non dissipare, sicut mali Prælati. De quibus. Sapi. Durum est iudicium his qui malè intrant. Durum his, qui postquam intrauerint, malè viuunt; Durissimū his qui malè præsent. **T**RES enim sunt quæstiones, quomodo intrasti, quomodo vixisti, & quomodo rexiisti. De primo. Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialè? Si forte canonicè intrasti, nò per precium, non per violentias, non per consanguinitatem: Adhuc restat, qua intentione, aut per charitatem, aut per cupiditatem. Si propter Deum, faciat quæ Dei sunt, sicut qui venit ad forum, facit ea propter quæ venit. At ille obmutuit, quia nò placuit sibi hæc quæstio, quia oculus eius, id est, intentio, nò erat simplex, igitur totum corpus erat tenebrosum. Vnde Dominus ait. Mittite eum in tenebras exteriores. Secunda quæstio fit per Esaiam. Tu qui es? quasi quæreret, quis hic qualiter vixisti in Ecclesia tua? Si respondere nescis, sequitur Asportari te faciã sicut asportatur gallus gallinaceus, qui maior est alijs, ut maiores in Ecclesia Dei tam nihil

## STELLA

faciunt, sed minores. Tertia quaestio fit per Hieremiam. Vbi est grex tuus qui datus est tibi pectus inclytum? id est, valde gloriosum. Et ne credas Deum posse dubitare de aliqua oue: dicit enim, Adhuc transibunt oues per manus numerantis. Si igitur non solum pro vobis, sed pro singulis subditis oportet rationem reddere, quam durissimum putas iudicium erit omnibus qui praesunt?

¶ Tria sunt quibus optimè Diabolum vincimur, scilicet, ardens cogitatio, carnis mortificatio, & acuta Oratio. De Primo, Psal. In meditatione mea exardescet ignis, quo fugas Diabolum, fulgura coruscantem, maximè si meditationes sint de Passione Christi. De Secundo, Apostolus. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. De Tertio, August. Oratio humilis diuinum promeretur auxilium.

¶ Christus dicit per Ezechielem ad Praelatum: Speculatorem dedi te domui Israël, id est, laicis. Vnde valde necesse, vt sint lucidi Pastores, quia nemo potest speculari in speculo luto. Christus est Sol; Pastor debet esse Luna. Luna autem non habet lumen, nisi à Sole, ita Sacerdos non habet rapere decorem à mundo, sed tantum à Christo. Item Sacerdos qui pro nummis celebrat, videtur dicere cum Iuda. Quis vultis mihi dare, & ego vobis tradam? Ergo nefas est vendere dominum suum, Cogita quod pri-



tnus seruus venditor seipsum suspendit. Iudas  
 enim nummos misit in templū. Peiores sunt sa-  
 cerdotes qui denarios, pro quibus cantant, in lu-  
 panar, & in ventrem, suum mittunt. Iudas semel  
 Christū vendidit, & de hoc pœnituit, & tu forte  
 multoties vendidisti, & nō pœnites, caue ne de-  
 sperans, teipsum suspendas, Bernar. Veniet ante  
 tribunal iudicis, audietur populorum accusatio,  
 & grauis allegatio, quorum vixerunt stipedijs,  
 & nō diluerunt eorum peccata. Audi Dominiū  
 dicentem, Vos comeditis peccata populi. Et  
 alibi, Pasce, Pasce, sed nō dicit. Vende, vende.  
 Item. O bone Iesu videtur contra te conspira-  
 re vniuersitas populi Christiani. Nam illi in  
 persecutione tua sunt primi, qui in Ecclesia prin-  
 cipatum gerere videntur. Si quis de populo de-  
 viat, ille solus perit, sed Sacerdotis error multos  
 perire facit, si etiam non obest, quantum pro-  
 dest. Bernar. O Sacerdos corpus tuum efficitur  
 quotidie sepulchrum Christi, cur tunc per os  
 tuum egreditur tanta falsitas, per quod quoti-  
 die ingreditur tanta veritas? Cur oculi tui vidēt  
 vanitatem, qui quotidie aspiciūt veritatē? Cur  
 manus tuæ extenduntur ad illicita & inania, quæ  
 tenent tenentem omnia? Cur te ingurgitas ebrie-  
 tate, qui totus plenus esse deberes bonitate? Ro-  
 go ergo te, vt fugias omnem vanitatem, ne in  
 futuro condemneris per veritatem. Tantō vtique  
 grauius cades ab alto, quantō excellentius pol-

les dignitate officio. Idem Bernard. O Domine pastores tui mutati sunt in tonsores, agni in lupos, defensores in dissipatores, qui deberent esse sobrii, quotidie sunt ebrii, qui Prælati, Pastores, qui casti, incestuosi, qui Pastores, seductores.

¶ Nonne toties repetitum est: Petre amas me? pasce oves meas, quasi dicat, nisi me perfecte diligas, id est plusquam te, tua, & tuos non te introrittas de Cura ista. Nec tu Sacerdos & maxime Pastor, pro ouibus pro quibus effusus est sanguis meus. Bern. Non debet aliorum ducatum suscipere, qui non vult alios bene viuendo præire. Nullus ita vilipendit officium suum, sicut Clerici, Fabri, & agricolæ manè surgunt, sed non ipsi, dormiunt enim ad meridiem usque Bernard, Væ sacerdotibus miseris, proditoribus, socijs qui Christum iterum, id est, quantum in eis est, crucifigunt, & sanguinem testamenti populum ducunt. Qui manibus pollutis, oculis impudicis, ore venenato, corde impudico, dum ad reuerendum Sacramentum non reuerenter accedunt. Angelos assultentes offendunt, & de singulari medicina æternam damnationem miserabiliter sibi acquirunt. **C A V E T E** vobis Prælatuli, vobis oratores vt caroli, morem non attenditis, qui fauorem venditis. Dantur numini, procurantur parvuli, scilicet, idiotæ irregulares, excommunicati, Giezitæ, ebrii, lutores, nunquam casti.

semper incestuosi. Væ vobis, & scilicet per væ.

**D**OMINVS transiens de hoc mundo ad Patrem, Ecclesiam, quam suo sacratissimo sanguine redemit, fratribus suis, scilicet, sacerdotibus, regendam misit, dicens. Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Vos oves meas custodite pro quibus sanguis meus effusus est.

¶ Quanta sit dignitas Sacerdotalis, scilicet, officij & ordinis, audiamus & videamus. Quantum cunq; enim aliquis bonus sit, nō tamen cōficere potest corpus Christi, nisi ordinatus fuerit, vt officij Sacerdotalis ministeriū exhibeat. Dei autem est officij tribuere, & benedictiones. Vnde Augusti. Sacerdotes non propria virtute benedicunt, sed quia Christi figuram gerunt, & propter eum qui in ipsis est, benedictionis tribuunt plenitudinem. O sacrum & celeste mysterium, quōd per vos Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus tam mirabiliter operatur. Credimus quōd post Deum non est tanta gratia & potestas, sicut est vestra. Vnde Bernard. Super potestate vestra, & tam insigni priuilegio vestro stupet cœlum, miratur terra, cōtremiscit Diabolus, abhorret infernus, veretur homo, veneratur plurimum Angelica celsitudo, quōd vno eodemq; momento, idem Deus qui præsidet in cœlo, in manibus vestris est in sacrificio. Sed vnde hoc dulcissime & pijsime Iesu, vt Sacerdotes: qui sunt: vt



## STELLA

nor, vermicelli & puluis & cinis, te presentem  
 habere mereantur præ manibus, præ oculis, qui  
 totus & integer sedes ad dexteram Dei Patris,  
 qui vnus horæ momento, à Solis ortu vsque ad  
 occasum, ab Aquilone ad Austrum præsto es  
 Domine? Certè non ex debito, non ex merito,  
 sed ex voluntatis tuæ beneplacito. Parasti in  
 dulcedine tua pauperi Deus, scilicet, Sacerdoti.  
 Hæc est verè cœlestis indulgentia, hæc est cu-  
 mulata gloria, hæc est verè super excellens glo-  
 ria, Sacerdotem Deum tenere in manibus, Nulli  
 Angelorum, nulli Archangelorum, nullis spiri-  
 tibus, sed omnibus, non omnibus, sed tantum  
 ordini vestro commissam esse credimus celebra-  
 tionem tanti mysterij, vt consecratus in Sacer-  
 dotem, prorsus id ipsum cõficiat in altari, quod  
 Christus in ecena Paschali manibus suis confe-  
 cit. In altare quippe, Sacerdotû ore & manib<sup>9</sup>  
 Christi corpus conficitur, non creatur, non  
 nascitur, sed quod totum in dextera Patris est,  
 totum in manibus, totum ore sumentes est, vn<sup>9</sup>  
 in multis & in diuersi.

¶ O Sacerdos, tu es sacer dux, sacra docens, sa-  
 crum dans, Sacer dux, in exhortatione, sacra  
 docens, in participatione carnis & sanguinis  
 Christi, sacrum dans, pro Deo exemplum vi-  
 uendicæteris, vt amplius mouearis, immò vt  
 magis incælescas in amorem tui Redemptoris.  
Voluit Christus vt iugiter coleretur per tuum  
ministe

ministerium, quod semel offerabatur in mundi  
 precium, & perennis illa victima viueret in me-  
 moria, & semper erit in gloria Patris. Vnde Moy-  
 ses rogauit Dominum quōdam, dicens, Oſten-  
 de mihi teipſum Domine verum. Sed tibi non  
 ſolum oſtenditur, ſed in manibus tuis ſe totum  
 tradidit. Delectari ergo debes o tu Sacerdos, &  
 gaudere in Sacramento altaris, in cuius cōfeſſio-  
 ne fidelis miniſter in venit in medio Patris, &  
 Filij, & Spiritus ſancti, aſtantibus ex omni late-  
 re ſupernis Ordinibus, Sacramentum pernobile  
 myſterium ſuperexcellētis gloriæ. Videt Sa-  
 cerdos, & ſentit filium Dei fratrem ſuum aman-  
 tiſſimum, cuius veraciter carnem & ſanguinem  
 tenet. Vnde Pſal. Narrabo nomen tuum fratri-  
 bus meis. Videt, & ſentit Spiritum ſanctum a Pa-  
 tre & Filio procedentem, domesticum eſſe ſo-  
 cium, factorem ſuum, quia Chriſtus verè conſo-  
 lator eſt pœnitentium, & aduocatus omnium in  
 ſe ſperantium. Videt verum Deum, & ſentit ſpi-  
 ritualiter Angelos, & omnem cœli cœlorum ſe-  
 natum ſibi applaudentem, & vt conciuſ eorum  
 aſcribi mereatur, ibiq; celebratur familiare collo-  
 quium inter Deum & Moysen amicum ſuum,  
 id eſt, fidelem miniſtrum. Penſa igitur iugiter,  
 amplectere ſuauiſſime, reponere fideliter, quid au-  
 diſ, quid agiſ, quid legiſ, quid tenes. Calix, ſepul-  
 chrum Chriſti, patena lapidem ſuperpoſitum,  
 ſorporale, ſudarium, fruſtratoria corpora

## STELLA

salis, linthe/mina quibus inuolutus fuit Christus, significant. Hostia, quam vides, non est panis: sed caro, & sanguis eius, qui pependit in Cruce, pro mundi vita. Iam oculis tuis vides panem Angelorum, qui nescit putrescere. Non vadit in secessum, sed ducet te in excelsum, illic reducet te, vnde retraxit imaginem. Hoc itaq; Sacramentum, ab æterno in cælo repositum est, & diabolo penitus celatum: Prophetis quibusdam reuelatum, sollicitudini & sanctitati vestre traditum, & per omnia donatum est. Quis vidit talia? Vident oculi, nec mirantur: quia omnia, sicut voluit, fecit.

¶ O Sacerdotes quantum est quod in elevatione manuum vestrarum Regum capita inclinantur, quod Regis & Reginae munera vobis offerunt? Omnis Ecclesia vos Patres confitetur, & expectat in recessores. In quorum privilegii amoris præmium, datum, & dictum est Petro pasce oves meas. In singularitate potestatis, datum & dictum est Apostolis. Quodcumq; ligaueris super terram, &c. Pensate quantum est hoc maximum, scilicet, si ad legationem Angelorum, assensus hominum expectaretur? Quantum ergo est, si ad arbitrium hominum, assensus inclinatur Angelorum? Audite vestri officij dignitatem, cautelam, & constantiam, cum dicit: Elegit vos, &c. Officium, ut cum dicit: ut eatis. Cautelam, ut cum dicit, & fructum



Etum afferatis, Cōstantiam, vt cūm dicit: & fru-  
 ctus vester maneat. Vobis etiam dictum est. Ita  
 in vniuersum orbem &c. Electi ergo estis, vt ea-  
 tis, ergo periculo sum vobis est stare, periculo-  
 sus sedere, periculosissimum iacere.

**R**ecordor me legisse quod accidit in Burgun-  
 dia. Cūm sacerdos quidam iret ad Syno-  
 dum, transiens per medium nemorum, obuiū  
 habuit Diabolum in figura hominis transfigu-  
 ratum. Quem cūm salutasset, tradidit ei Epi-  
 stolam quandam clausam tradendam Episco-  
 po, & vniuersis Rectoribus in illa Synodo con-  
 gregatis. Quam cūm aperuisset Episcopus, in  
 præsentia omnium legere iussit. Tenor autem  
 illius Epistolæ erat iste.

¶ Rectores tenebrarum, rectoribus Ecclesiarū,  
 Salutem: Mandamus vobis, quòd multū diligi-  
 mus vos, quia quodcunq; vobis comittitur, ad  
 infernū cum magnis glomerationibus destinatis  
 Item alibi dictū tuit, Episcopo peruerso, à Chri-  
 sto Domino. Quādo mihi reduces animas, quas  
 cum prauo exemplo damnificasti? Bernad. Ti-  
 meant Clerici ministri Ecclesiarū, qui in terris  
 res sanctorum, quas possident, ita inique gerūt,  
 vt stipendijs, quæ sufficere debeant, minime  
 contenti, superflua, quibus egeni sustentari de-  
 berent, impietate sacrilegij sibi detinent, & in  
 vsus Superbiæ atque Luxurię victum pauperū  
 cōsumere non verentur, duplici iniquitate  
 peccan

## STELLA

peccantes, scilicet, & quod aliena diripiunt, & sacris in suis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur. Heu hodie non pascunt Pastores oues, sed seipfos: propter quod comminatur eis Dominus damnationem. Ezech. 34. Vae Pastoribus Israël, quia pascebant semetipfos. Non oues pascuntur à Pastoribus à quibus pasci deberent. Vnde Bernar. Conuenit bonitas amabilem, scientia discibilem, disciplina mutabilem reddunt. Scientia & disciplina bonitatem attrahunt, scientia corrigit, & disciplina pascit. Debet autem quilibet Prælati, Religiosi, & Clericus qui alijs præest, sollicitus esse quomodo Deo placeat in puritate conscientie. Bernar. Manducare spiritualiter corpus Christi, est Passionis & Redemptionis eius attentius recolere sacra beneficia ad sumendum suauiter in conscientia, & recolendum fideliter in memoria. Augustinus: Quotidie corpus Christi sumere, nec laudo, nec vituperio. Hoc est signum sæpe communicandi, cum de perceptione huius Sacramenti timor seruilis minuitur, & incendium charitatis plus augmentatur. Sed per hoc aliqui retrahuntur, cum de communionem deuotionem, & consolationem singularem non ita percipiunt, prout eis bene placitum foret. Et hi magis sua, quam quæ Dei sunt, quærere videntur.

**O** Veneranda sanctitudo matuum Sacerdotum, **O** felix exercitium, **O** mundi veritas

## CLERICORVM.

71

gaudiū, vbi ima summis iunguntur, cūm Chri-  
 stus tractat Christum, Sacerdos Dei filium, cū  
 delitiæ sunt esse cum filijs hominum. Vnde. 1.  
 Pet. 2. Vos estis genus electum, regale sacer-  
 dotum, gens sancta, populus acquisitionis.  
 Augustinus. Vos estis, inquit, genus electum,  
 non solum electione temporaria relationis, sed  
 vt spero, electione æternæ prædestinationis.  
 Vnde Apost. Elegit eos ante mundi constitutio-  
 nem, qui nondum erant nisi prædestinati. Præ-  
 destinatio, nihil aliud est, quàm gratiæ præsen-  
 tis, & gloriæ futuræ præparatio. August. Qua-  
 tuor enim requiruntur propriè ad præparationem  
 gratiæ præsentis, & prædestinationem gloriæ  
 futuræ. Primum, est voluntas tribuentis. Secun-  
 dum, est libertas voluntatis. Tertium, est præ-  
 destinatio non existentis. Quartum, est meri-  
 tum accipientis. Alioquin, nec gratia in præsen-  
 ti, nec gloria sequeretur in futuro. Vnde Apost.  
 Quos præsciuit, hos prædestinavit conformes  
 fieri imaginis filij Dei, scilicet, Sacerdotis in tā-  
 ti mysterij ministerio. Idem. Quos prædesti-  
 nauit, hos & vocauit & quos vocauit, hos & iu-  
 stificauit: quos iustificauit, illos & magnificauit  
 Glosa. In prædestinatione est gratia, in vo-  
 catione potentia, in iustificatione lætitia, in ma-  
 gnificatione gloria. Vnde. Vos Sacerdotes estis  
 genus electum. August. O Præbiter siue Sa-  
 cerdos, sicut Deus te elegit, & præelegit, redde

ratio



## STELLA

rationem villicationis tuæ: in quam, vel in quod tu in hoc seculo elegeris, dum Deus electionem à te requirit, non est dubium dare, an Sacerdos sit Angelus, an Diabolus. Si vixerit in castitate corporis & animæ, & humilitate, est Angelus. Si autē fuerit cōuersio: est Diabolo peior & hoc est horum valde magis Presbyteris. O Sacerdotes cōsiderate vestræ dignitatis dulcissimæ excellentiam, quia Dominus vos ditauit præ omnibus creaturis. Honorandi sunt quippe Sacerdotes, quibus Dominus tantam in mūdo præ omnibus gratiam & honorem contulit. Sapiens. Ecce computati sunt scilicet Sacerdotes inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est, scilicet sacerdotum. Meritò ergo gaudere. Benedicite vos Sacerdotes Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula, qui vos ad tantam dignitatē & gratiā elegit. Et gratias agite ei pro tantis beneficijs præsentibus, præteritis, & futuris, & æternalibus, temporalib⁹ & spiritualibus, & rogate suppliciter, dicentes. Cōfirma hoc Deus quod operatus es in nobis, per immensam gratiam tuam in præsentem, & præsta, vt cum omnibus nobis commissis, & omnibus fidelibus, & cū omnibus sanctis, & Angelis tuis, in tuturo, in regno cælorum cōfiteamur nomini tuo sancto, & gloriemur in laude tua in æternum.

**D**OMINVS noster Pontifex de vestibus Sacerdotalibus, mysticam, vt summus Sacerdos,

sacerdos, camisiam induit in alno vtero, scilicet,  
 beatæ Virginis Mariæ. Ministri vero Iudæo-  
 rum, dederunt ei amictum alapidis contextum,  
 Herodes albam, quando illufit cum alba ve-  
 ste indutum. Ministri Pilati, cingulum, quan-  
 do flagelis cæciderunt eum. Ministri vero  
 ligauerunt eum ad columnam, et circumdederunt eum  
 texta. Casulam, quando induit eum in veste  
 purpurea, dicentes: Ave Rex Iudæorum. Lan-  
 ceam, pro baculo. Crucem pro cathedra. Spineam,  
 coronam, pro infula. Clavos in pedibus,  
 pro sandalijs. Clavos in manibus, pro an-  
 nullo & chirothecis. Sicq; ornatus Pontifex  
 ster, templum primò aspexit, Missam ca-  
 Hely, hely. Postea indulgentiam dedit.  
 Pater dimitte illis, & c.

Prælati temerè credunt sibi cuncta licere.  
 Credidit & Chayphas omne nefas sibi licere.  
 Væ misero mundo, væ primo, væq; secundo,  
 Væ per Pontificum dedecus horrificum,  
 Pontifices muti de iure suo malè tuti.

Quannis, cornuti, non audent cornibus vti.

¶ **NOTA**, sex vicibus **CHRISTVS** pro  
 nobis sanguinem suum fudit. Primò, in circun-  
 cisione, & hoc nostræ redemptionis initium  
 fuit, secundo, in oratione, & hoc redemptio-  
 nis nostræ desiderium fuit. Tertio, in flagella-  
 tione. Quarto, in coronatione, & hoc nostræ  
 redemptionis meritum fuit, quia liore eius  
 sanati

# STELLA,

sancti sumus. Quinto, in crucifixione, & hoc  
nostrae redemptionis precium fuit, tunc enim,  
quae non rapuit, exoluit. Sexto, in lateris aper-  
tione, & hoc redemptionis nostrae Sacra-  
mentum fuit, quia inde sanguis & aqua  
creati sunt, in remissionem  
peccatorum, aqua, in  
essentiam sacramenti Baptismi  
sacrificandam.

Stellae Clericorum Finis.

Ecce con-  
fitebor  
vobis Deus,  
Sacerdotum  
domini  
vos S-





